


AD CELEBREM  
IVSTINIANI CON-  
STITVTIONEM IN

Lege cum oportet. C. de bonis  
quæ liberis.


COMMENTARII VALDE  
*necessarij, ex lectione substitutionis  
Cathedra primaria.*

AVTORE EMANVELEMENDEZ  
de Castro Olyssipponensi publico Le-  
gum professore.



MADRID

Apud Petrum Madrigal, 1591.




AD CELEBREM  
IVSTINIANI CON-  
STITVTIONEM IN

Lege cum oportet. C. de bonis  
quæ liberis.

COMMENTARII VALDE  
*necessarij, ex lectione substitutionis  
Cathedra primaria.*

AVTORE EMANVELEMENDEZ  
de Castro Olyssipponensi publico Le-  
gum professore.



MADRID

---

Apud Petrum Madrigal, 1591.

D. CHRISTOPHO-  
 ro de Mora Philippi Maximi  
 Hispaniarum Regis cubiculario,  
 Portugaliæ Regni, ac totius Hispaniæ status  
 pacis, & belli consiliario præstantissimo.  
 S. & P. F. suus Emanuel Mendez  
 de Castro. I. C.



*L*lud antiquorū scripto-  
 rum moribus fuisse recep-  
 tum usq; in hodierna tem-  
 pora pducta testatur con-  
 suetudo, ut qui studiorū  
 suorum specimen aliquod  
 in lucem efferri volunt, prius gravissimos  
 Principes, & Mæcenates adeāt, quorum tu-  
 tela sibi, suisq; propugnaculum quaesierint ad  
 uniuersa fortuna discrimina munitissimum:  
 ut sic ab ijs, qui Zoylorum pestilentē sectam  
 animo profitentur, & opere sequuntur libe-  
 rari, ac veluti Aiacis clypeo tecti inuidorum  
 morsus, ac venenata tela euitare non solum  
 possent, sed & laborum perceptorum fructus  
 eorum excellentissimorum virorum patrocinio

committerent. Ea enim res Lycurgum impu-  
 lit, ut legum, quas ferebat, Apollinem fini-  
 xisset aut horem: Zaleucum quoq<sub>3</sub>, qui leges  
 Locris dedit, Minerua falso iactans se eius  
 munere accepta habere, dedicasset. Cum au-  
 tem tu unus sis totius Lusitaniae Regni singu-  
 lare decus, ac ornamento, in quo tot, & tam  
 praeclara virtutes, quae passim una omnium  
 voce praedicantur, velut in concœtu quodam  
 relucet, propter singularem animum, & pro-  
 pensam voluntatis significationem, quam  
 saepius erga me ostendisti, tibi pro ingenij mei  
 partu has lucubrationes dedicare res ipsa suo  
 iure postulare videbatur. Te enim propter ex-  
 celsam animi tui magnitudinem, incredibilem  
 prudentiam, morum integritatem, vitæ con-  
 stantiam, ac moderationem, & cetera animi  
 tui bona Philippus Rex noster omnium op-  
 timus, omniumq<sub>3</sub> potentissimus acerrimo in-  
 estimandis hominum ingenijs, & moribus iu-  
 dicio praeditus, postquam aliorum munerum  
 gloria diuinas tui animi dotes fuit expertus,  
 Portugaliae moderationi praeter ceteris elegit, &  
 consignauit. At quanta prudentia, & ingenij  
 sagaci-

sagacitate populares quondam illius Regni  
 seditiones, ac insolentes tumultus sedaueris,  
 bella intestina, & ciuiles discordias, quanto  
 consilio cōcusseris, ac pacificare conatus fue-  
 ris, res ipsa satis aperte demonstrauit; Quis  
 enim tuam in illis difficillimis Regni tempo-  
 ribus, quibus de reipub. salute tātopere cura-  
 bas, spectatam fidem, consilij integritatem, in  
 omnibusq<sub>3</sub> rerum gerendarum actionibus sa-  
 gacem, ac multiplicem experientiam penitus  
 non cognouit? Quis sinceram tuam, verèq<sub>3</sub>  
 Christianam pietatem cum tam singulari re-  
 ligatione coniunctam non admirabatur, ac di-  
 uinam penè sapientiam clarissimis quotidie  
 laudibus non praedicabat? Sic enim te patria  
 salutem, ac defensorem unanimiter ex om-  
 nium consensu, & alacritate vocitabant:  
 Nunc igitur nobis Olyssipponi communi pa-  
 tria gratulari licet, quae talem edidit mode-  
 ratorem, illum etiam bonarum artium fau-  
 ctorem, & Mæcenatem habens, Nobis quoq<sub>3</sub>  
 gratulari tota Hispania merito, ac iure opti-  
 mo potest, quod talem sibi status consiliarium  
 inter omnes prudentissimum fuerit assecuta, in



cuius humeros totius Regni molles, pondusq;  
 reclinari optimè potuisset; fœlicia sacula,  
 quibus talem literarum fauctorem contigit,  
 & reipub. gubernatorem nancisci: ita enim  
 amplissimis Hispania negotijs, bello, pacequè  
 administrandis te geris, ut homines te quasi  
 aliquod numen diuinitus elapsum intuean-  
 tur, suspiciant, & admirarentur: & cum Re-  
 gum amplitudinem (à quibus originè ducis)  
 auctoritate, & virtutum magnitudine repræ-  
 sentares, neminem unquam à tuo grauissi-  
 mo conspectu tristem discedere passus fuisti,  
 quam mirabilem, & tui propriam, ac solitam  
 clementiam cum sepè fuerim expertus, facile  
 induci potui, ut non secus, ac ille Antigènes  
 veterum historijs mirè celebratus, qui cum  
 nauis fracta tabulam arripuisset, eamq;  
 amplexu tenens ad littus incolumis appulisset,  
 Ioui cuius providentia id contigisse credide-  
 rat supplex littauit: ita pari consilio hanc  
 unam licet exigui ingenij tabulam suspen-  
 derem, & quasi donarium tibi tanquam bo-  
 narum artium auctori (ut sic dicam) tute-  
 lari numini dedicarem: ita enim cum diebus  
 prate-

præteritis tecum fuisset interlocutus, per bē-  
 nigna pietatis tuæ premio ad iuris studium  
 me mirabiliter inflammasti (oportet enim li-  
 terarum studium Principū favore plerumq;  
 iuuari) ut nihil mihi magis elaborandum  
 esse existimarem, quàm perpetui in te ani-  
 mi mei testes locupletes ubiquè producere:  
 Non me fallit, quam pro tua dignitatis am-  
 plitudine id exiguum sit, sed non debent, qui-  
 bus magna præstari nequeunt, parua negli-  
 gere, & qui in rebus maioribus vsui esse  
 non possunt ob id in leuioribus muneribus,  
 apud eos, quos præcipuè obseruant collocan-  
 dis diligentiam remittere: præsertim cum  
 in omni genere officij (ut neminem latet)  
 pluris animi voluntas quam muneris mag-  
 nitude facienda sit. A te ergo contēdere non  
 desistam, Princeps clarissime, ut hos nostros co-  
 natu boni & equi facias, & hos qualescunq;  
 fructus pro tua singulari humanitate libenter  
 recipias: equidem si eos tibi non ingratos fore  
 intellexero, ad alia maiora gradum faciam,  
 nec ullo unquam labore defatigabor, modo  
 babeam exploratū, ut hæc nostra studia in hoc

*Salmanticensi foro à me nuper publicè lecta, qualia sunt pro earum materia admodum difficili, & subili non satis à Doctõribus nostris hætenus ita examussim tractata & collecta, reipub. Christiana utilia, ac necessaria, iniucunda tibi non contingant. Deus Optimus. M. heroicis conatus tuos. benè fortunare pergat, & animum tuum verè Regium perenniter tibi largiatur, quo valeas Christiana reipubl. authoritatem tueri & conseruare, V A L E. ex inclyta Salmanticensi Academia. 12. die mensis Septembris, Anno. 1585.*

(.✱.)

**Euulsa vna nascitur altera.**

**CL A-**

**4**  
**CLARISSIMIS, ET**  
virtute, ingenio, nobilitateq; præstantissimis vtriusq; iuris auditoribus: suus  
Emanuel Mendez à Castro Oly-  
sipponensis.



A est, clarissimi viri, vestrorū erga me meritorū magnitudo, vt de nulla re mihi magis cogitandum esse videatur, quā de ea ratione, qua possim ingrati animi notam effugere. Quū enim me superioribus annis studiorū recolendorū causa in patriam recepissē, redeuntē me, & quasi postliminio reuersum, nō solū per humaniter excepistis, sed etiā ita honorificè pertractastis, vt vestri doctissimi præceptoris Didaci Enriquez, qui apud vos primo loco ius ciuile docet, per eos mēses, quibus grauisissimi Doctores legendi munus intermittunt, suffectum esse volueritis: cuius summi beneficij memoriam ad extremū vsq; vitę spiritū retinebo. Effecistis enim, vt ijs, quibus vel nouitas, vel ætas mea penè puerilis

puerilis cœperat despectui esse, vestro gra-  
uissimo iudicio platus esse videret. Quod  
mihi summo honori, vobis autē non exi-  
guo fuit, cum intellexerint omnes vos hu-  
iusmodi beneficium nō ætati, aut gratiæ,  
sed perspectæ quantulæcumq; eruditioni  
tribuisse. Munus autem quod ad me libe-  
ralissimè detulistis, recusare omnino no-  
lui, quāuis onus esset meis humeris planè  
impar, & exiguas ingenij mei vires explo-  
ratas haberem, & tenuem doctrinam ani-  
maduersam. Nolui siquidē aduersus acer-  
timum iudiciū vestrū esse improbè cu-  
riosus, potiusq; me eniti debere existima-  
ui, vt vestrā de me opinionem confirma-  
rem rebus, quā refellerē verbis. Et quāuis  
non defuerunt malè feriatī, & in aliorum  
damnū faceti, qui me irridentes in maxi-  
mo lucro ponerēt, si alijs risum mouerēt:  
vos tamē constāti animo me ab illorū ca-  
lumniā defendistis. At verò hoc loco non  
possum nostrorū temporum infœlicē re-  
rum statum non deplorare; cum videā id,  
quod heroicis illis temporibus summo in  
precio

5  
precio habebatur, ad hunc modū contemni,  
atq; despici. Quis enim nō admirabatur præ-  
cocem in adolescentibus eruditionem, & ho-  
noris amorem? At nunc hæc eadē omnium  
illusionē ridentur. Sed hanc grauiorem mo-  
rum querelā grauioribus viris, & ætate pro-  
uectioribus relinquamus. Suscepto igitur gra-  
uissimo docendi munere, totis viribus hoc  
vnum quæsiui, & in hoc ingenij (si quod in  
me est) & industriæ nervos contendī, vt ve-  
stram de me expectationē si non vicisse, sal-  
tim nō dicerer fefellisse. Et per eos dies cum  
me vos attētissimis animis audiretis, graui-  
ssimam iuris ciuilis disputationem de bonis  
filiorū sum prosecutus. Quam cum viderem  
vobis clarissimi viri, quibus mea studia pro-  
bari, & optauī valdē, & gaudeo vehementer,  
nō displicuisse, cœpi ea, quæ vobis excipien-  
tibus dictaueram, attentē recognoscere: cūq;  
in eorū emendatione totus essem, amici ali-  
quot, quibus negare nec possum aliquid, nec  
debeo, à me petierunt, vt editionem, de qua  
nunquam cogitaueram, adornarem. Quibus  
cum respōdissem me nullo modo commis-  
surum, vt iure possem palam ab omnibus ir-  
B rideri,

I M P E R A T O R  
I V S T I N I A N V S  
A. Demosteni. P.P. Lex. vj.



*V* M oportet similem prouidentiam tam patribus, quam liberis deferri, inuenimus autem in veteris iuris obseruatione multas esse res, quæ extrinsecus ad filios familias veniunt, & minimè patribus acquiruntur: quemadmodum in maternis bonis, vel quæ ex maritali lucro ad eos perueniunt: ita & in ijs, quæ ex alijs causis filijs familias acquiruntur, certam introducimus definitionem. Siquis itaq; filius familias, vel patris sui, vel aui, vel proaui in potestate constitutus, aliquid sibi acquisierit non ex eius substantia, cuius in potestate constitutus sit, sed ab alijs quibuscunq; causis, quæ ex liberalitate fortunæ, vel laboribus suis ad eum perueniant, eas suis parentibus non in plenum (sicut antea fuerat sancitum) sed vsq; ad usumfructum solum acquirat: & eorum ususfructus quidem apud patrem, vel auum, vel proauum,

B 2 quorum

rideri, comminati sunt se dictata mea, vt vt fuerant excepta Typographo daturus. Quare à me extorquere potuerunt, vt hæc in publicum euulgarem. Quæ vobis, clarissimi viri, iure debetur vestris auspicijs, & nata, & alta, & ad hanc quæcunq; est, maturitatē perducta. Quæ vt libenti animo suscipiatis, oro, & obtestor, meq; vestro fauore, & beneuolentia ad maiora excitetis. Et quēadmodū me de ipsis disputantem audiuiistis, & defendistis, eadem nūc quæso legatis, & vestra autoritate, quæ summa est apud omnes, à maleuolorum, qui fati multi erunt, calumnijs protegatis. Mecum autē præclarè actum esse putabō, si vos huius errati excusationem accipiatis: & illi, qui me ad hæc publicanda coegerunt autoritatē nō defugerint. Reliquorū enim aciem vestri nominis, qui hoc, quidquid est dicatū, splendor perstringet; ita vt multa, in quibus me lapsū esse suspicor, nec videant:

nec si forte viderint reprehendant,

*Quantum volat ingenium  
deprimi paupertas.*

I M P E-

quorum in sacris sit constitutus permaneat. Dominium autē filijs familias inhæreat, ad exemplum tam maternarum, quàm ex nuptialibus causis filijs familias acquiratarum rerum. Sic etenim, & parenti nihil derogabitur ususfructum rerū possidenti: & filij non lugebunt, quæ ex suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios trāsferenda aspicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres suos, quod etiam grauius multis esse videtur: Exceptis castrensibus peculij, quorum nec ususfructum patrem, vel auum, vel proauum habere veteres leges concedunt: in his enim nihil innouamus, sed vetera iura intacta seruamus.

*Eodem obseruando etiam in his peculij, quæ quasi castrensia peculia adinstar castrensis peculij accerserunt.*

DIVE

5

DIVISIO HVIVS TRACTATUS de bonis liberorum.

**D**ostquam cōpatriota noster Arius Pinelus, inter illius temporis Iurisconsultos, eximius vir literis, & ingenio præstātissimus, miro, ac eleganti stylo De bonis maternis tractatū edidit, ac eleganter conscripsit, tanquā ei appendicem De bonis filiorū, istum nō pœnitendū adiunximus. In quo non solum de rebus eorum, qui sub patria potestate sunt, sed etiam illud tantopere desideratū de collationibus cōpendium nunquā satis perspicuum proponimus. Cū enim res ista ardua sit admodum & difficilis, adeòq; vsu, ac forensi controuersia frequētissima, vt perfectio, & absolutissimo tractatu indigeret, nullus quē ego viderim hæctenus rē istā perfectè ex professo, nisi succinctè atq; pertrāsēnā tractauit: quāuis plures, quos statim citabimus varias quæstiones ad hanc. l. spectantes diuersis in locis attigerunt, atq; etiā discusserūt, & latioribus commentarijs prosequuti, vti sunt Bart. & Crot. & alij in. l. frater à fratre. ff. de condit. indebiti.

B 3

indebiti. Hippol. Rimin. in. §. 1. per quas personas. Afcani. de patria potestate effectu. 2. Menchac. de success. progressu. §. 19. n. 69. Et alios retulerūt Alfan. Anton. August. & Marcus Antonius innotis ad hanc. l. Qui omnes licet eleganti stylo conscripserint, modicam tamen præstāt bonorū filiorū cognitionem. Et vt inquit eleganter Seneca Philosophus, *Multipars veritatis etiā futuris relicta est.* Quare in huius tractatus progressu is ordo proponitur. Primò eim de peculij nōe, de inde de pfectio, ac eius effectib⁹. In secūda parte de aduentitijs, quorū effectus suo ordine subsequētur, & de usufructu patri quærēdo, nōnulla elegātius repetem⁹. In tertia de Castrēsi, & in vltima de quasi castrensi verba faciā. Quibus ita ex ordine pactis, nostra huius legis interpretatio absoluetur ad laudē, & gloriā omnipotentis Dei, qui iuxta Sapiētis sententiā, vel puerorū linguas disertas facit, ipse illuminet intellectum meum, & vias veritatis ostendat.

Rationē nostræ cōstitutionis explicauerūt rectē Cuias. in parat. huius tit. Baldui. in Iustin. lib. 1. p. 131. & copiosi⁹ nōr Lusitan⁹ Regis auditor Cald. in Anal. trac. verb. legis. n. 126. 129.

T. O.

8

# T O T V M O P V S

## magis specialiter distributum.

### P R I M A P A R S.

- |   |   |
|---|---|
| <p><b>D</b>E Peculio in genere, Num. 1.<br/>De bonis profectitijs. 6.<br/>De obligatione filij in peculio profectio. Num. 39.<br/>De executione faciēda in bonis profectitijs pro debitis patris. Num. 44.<br/>De successione patris in eisdem bonis. Num. 49.<br/>De collatione, &amp; imputatione peculij, pfectitij. 60.</p> | <p>De usufructu patris in bonis aduent. &amp; qualis iste usufructus sit. Num. 104.<br/>De alienatione patris in bonis aduentitijs. Num. 121<br/>De alienatione filij. 122.<br/>Quibus casibus filiusfam. alienat sine patris consensu. Num. 129.<br/>De testamento filij, &amp; an in eo possit patri in usufructu præiudicare. 130.<br/>Quibus casibus amittitur usufructus bonorum aduent. in persona patris, &amp; filio proprietario acquiritur. Num. 131.</p> |
|---|---|

### Secunda pars.

- |  |   |
|--|---|
| <p><b>D</b>E Bonis aduentitijs, Num. 73.<br/>Quomodo succedat filio fam. ab intestato in bon. aduent. Num. 97.<br/>De confiscatione bonorum aduentitiorum per delictum filijfam. Num. 85.<br/>De obligatione patris, &amp; filij in bon. aduentitijs. 93.<br/>De collatione bonorū aduentitiorum. Num. 98.</p> | <p>De conueniēdo filio in bonis aduentitijs. Num. 133.<br/>De executione pro filij debitis in eisdem bonis, &amp; in usufructu faciēda. Num. 135.<br/>De retentione dimidiæ partis usufructus penes patrem in præmium emancipationis. Num. 137.</p> |
|--|---|

Tertia

Tertia pars.

De bonis castrensis, & an eorum filiusfam. sit verè dominus. Num. 140.  
 De collatione bonorum castrensi. Num. 153.  
 Quomodo filiofam. in eis à patre succedatur. Numero. 154.  
 De testamenti factioe filij fam. in bonis castrensibus. Num. 159.  
 De obligatione filij in peculio castrensi. Num. 160.

Tertia pars.

De peculio quasi castrensi. Num. 161.  
 De filiofam. Clerico, & de eius bonis. Num. 162.  
 De filiofam. scholari, doctore, & licèciato, & alijs huiusmodi publicis personis. Num. 169.  
 De donatione Principis in filiumfam. collata. 184.  
 De omnib<sup>9</sup> ijs, qui in palatio militāt, vel alicui publico muneri deseruiunt. 189.

DOCTORIS LAVRENTIJ de Bedoya & de Leon distichon.

*S* I patris in sacris existis filius: audi  
 Quæ tibi, quæque bonis sint data iura tuis  
 Quæ pater, aut mater, vel quæ tibi castra dederūt,  
 Castro castrensis, quid tibi iuris, an.

DOCTO

A M E

G D. LV.

D. L V D O V I C I D E

Almeyda iuris Cæsarei studiosi  
amantissimi discipuli autoris.

Contra inuidos.

**P**rouida qui iuris sensa est, sophiamq; paratus  
arguere, & varijs dilacerare modis,

Pone supercilium: nec te mala pestis inhærens  
Visceribus stimulis concitet inuidia.

Non omnes quacumq; iuuant, iam displicet isti  
Quod placet huic, & qd displicet, alter amat.

Ille grauem sensum dicet, sophiamq; loquacem,  
Alter at ingenij luxuriantis opus.

Disimiles vultus hominum natura creauit,  
Disimiles mores fecit, & ingenia.

Cuncta satis facile est reprehendere, sed tamē illa  
Efficere (ab miseris) hoc opus, hic labor est.

E M A-

10

E M A N V E L  
C A S T R E N S I S

Iuris Consul. in Academia

Salmanticensi extrauagantis  
cathedræ legum professor.

Ad. l. Cum oportet. C. de  
Bonis quæ liberis. Com-  
mentaria.

S V M M A R I V M.

- 1 Regula. l. placet, fuit in multis ab Imperatoribus limi-  
tata, & nouissime à Iustiniano in bonis aduētitijs.
- 2 Peculium quotuplex sit, & eius definitio.
- 3 Pater si concedat filio administrationem aduentitio-  
rum, in eis nullo modo tenetur pro filio, secus verò  
in profectitijs vbi in contractibus filij tenetur de  
peculio.
- 4 Intellectus nouus ad legem vendicatio. § 6. de rei vend.
- 5 Clerici bona intuitu Ecclesie quæ sita administrare, &  
peculij nomine tantummodo possidere dicuntur,  
atq; ideo de eis testare non posse iura statuunt.

C 2 PRIMA



# PRIMA PARS.



Ntequam ad istam non minus difficilem, quam vilem, ac prænecessariam de bonis filiorum materiam vndecunq; quaesitis explicandam accedam, de toto hoc peculiarium opere summatim pauca dicenda mihi esse videntur, ne illotis (quod aiunt) pedibus protinus fores interpretationis ingrediamur. Ista enim praefationes (vt ait Caius Iurec.) libentius nos ad lectionem propositae materiae producunt, & editiorem, cum ad eam peruenimus, praestant intellectu. Praemitto itaq; regulam illam, quae habebat, omnia per filium patri acquiri iure patriae potestatis, ex. l. placet (quae vulgo solet in idcirari). ff. de acquir. haered. fuisse in multis limitatam ab Imperatoribus, vt in. l. 1. & 2. C. de bon. mater. l. 1. & 2. supra hoc tit. ad quas refertur text. hic in princ. quicquid Pipel. in. l. 1. part. 1. n. 32. C. de bon. mater. Nunc autem nouissime ab Imper. hic fuit correctae in bonis aduentitijs, quae vndecunq; filio obuenerint.

1 Pro cuius rei pleniori expeditione sciendum est, quatuorplex esse peculium, scilicet profectiuum, aduentitium, castrense, & quasi castrense, vt praesupponunt Doctores hic, & in. §. igitur liberi, Instituta per quas personas, & in. l. frater a fratre. vbi latissime Crotus nu. 20. de conditione ind. Quae tamen diuisio probari non potest, quonia Imperator in. l. si. C. de inoffi. test.

test. cui conuenit. l. 5. tit. 17. p. 4. tripliciter tantum diuisit, scilicet in paganum, castrense: & quasi castrense. Et licet D. D. nostri verum existimauerint, & in pagano contineatur aduentitium, & profectiuum: verius tamen est bona aduentitia peculij appellatione non contineri. Cum enim peculium sit quid separatum a rationibus paternis, vel dominicis, quoniam administratio filij est, vel serui, dominium vero patris, vel domini, vt in. l. depositi. §. si. de peculio: quam explicant Brisson. Otoma. & Beru. lib. 14. de verb. signif. verbo peculio. Cuius tractatu ad African. 8. sub legel. 38. de peculio. Medices lib. 2. de definit. c. 30. Duar. ad titulum de peculio. c. 1. Rebuf. & Forn. in. l. paterfamilias, de verbor. signific. & alij, quos retulit Caldas in. l. si curatorem. verb. laesis nu. 89. Bene sequitur quod aduentitium dicitur magis patrimonium filij, quam peculium, quoniam autoritate iuris noui, ad filium spectat dominium, seu proprietas. Quod autem patrimonium est, non est peculium: vt in. d. l. si. in fin. Secundo comprobatur ex eo, quia peculium dicitur, quando filius, vel seruus ex voluntate patris, aut domini administrat, tacita, aut expressa: vt constat ex multis legibus titulo de peculio, & ex. l. 2. §. fin. si cert. pet. & in. l. 1. §. item acquirimus, de acquir. posses. quae consideratio cessat in aduentitijs, quorum administratio non est filij, sed patris autoritate huius. l. ei permessa. l. fin. §. filijs autem. infra eodem.

3 Vnde fit, vt si forte filio pater permittat administrationem aduentitiorum, nolueritq; suo iure uti, incipiet filius iure suo administrare, non vero alieno quasi consolidata sit administratio cum proprietate

quam filius habet. Ideoq; pater in his nullo modo tenetur pro filio, sed filius solus: iuxta textum in. §. si autem. hac. lege, & in. l. si. §. sancimus hoc titulo. In profectitijs administrationē habet filius ex iure, & concessione patris, non vero suo nomine. d. l. 2. §. fin. Ideoq; tenebitur pater de peculio in contractibus filij. l. si quis cū filio de peculio. Ex quibus deducitur intellectus ad legē vendicatio. §. 6. de rei vend. dum habet, legato peculio non competere rei vendicationem peculij, sed rerum peculiarium, vbi Iulianus sic scribit *Vendicatio non vt gregis, ita & peculij recepta est, sed res singulas is, cui legatum peculium est, petet.* Quod putant DD. difficile, quoniam aliās legato grege competit vendicatio gregis, etiam si in eo reperiantur capita aliena. l. r. §. per hanc, de rei vend. Sed in eo decepti fuere Doctores, qui non considerant quod legato peculio filij, aut serui extinguitur nomen peculij, resoluiturq; , ita vt in persona legatarij peculium considerari non possit: ideoq; peculium non vendicabit, sed res peculiare: quod satis constat ex prædictis, & in. d. l. finali. C. de inoffic. l. paterfamil. peculium. de verb. signific.

Secundo deducitur intellectus ad totum titulum extra de peculio Clericorum; vbi iura dicunt Clericum testari non posse de bonis quæsitis intuitu Ecclesiæ, sed eis mortuis ad Ecclesiam pertinere: Inde enim apparet eos in plenum dominos nō esse, sed administratores, & peculij nomine ea bona possidere, cum peculij appellatio nō ad dominium, proprietatemq; referatur, sed ad solam administrationem, vt cōstat ex titulo toto de peculio; Et ex ijs,

Lex vendicatio. ff. de rerū vend. noue intelligitur.

quæ suprā diximus. Nam in persona illius, qui plene dominus est, non peculium dicitur, sed patrimonium, in dicta. l. fin. C. de inoffic. Retenta tamen communi doctrina, de singulis nobis inspiciendum est.

## Cap. De bonis profectitijs.

S V M M A R I V M.

- 6 *Profectitium quid sit.*
- 7 *Contemplatione patris, relictum non profectitium, sed aduentitium dicitur.*
- 8 *Intellectus ad legem sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgar.*
- 9 *Donata uxori ab amicis, vel consanguineis. mariti ad uxorem pertinent contra complurium opinionem.*
- 10 *Differentia, quæ nonnulli Doctores faciunt inter quæsitam contemplatione patris, & inter quæsitam contemplatione mariti, non admittitur.*
- 11 *Fictio breuis manus non potest contingere sine iussu & voluntate eius, cuius nomine fit prima acquisitio.*
- 12 *Conciliatur text. in. l. Auus. 82. de iure dot. cum. l. dotem dedit. ff. de collatione bonorum, quæ videtur esse antinomia. & n. 13.*
- 14 *Verbum (ex re) intelligitur, id est, ex substantia, & aliquando exponi solet, id est, ex negotio. Seruus alienus bonæ fidei possessus dupliciter acquirit bonæ fidei possessori.*
- 15 *Datum patri ad hoc vt in dotem filie daret, non dicitur profectitium, sed aduentitium.*

- 16 Bartoli auctoritas declaratur.  
Socio aliquid relictum contemplatione personæ, licet occasione societatis, non erit cōmune inter socios: secus vero si contemplatione societatis illud lucrum alicui ex socijs obuenerit.
- 17 Relictum, vel donatum nepoti ab auo, profectitium dicitur quādo contemplatione, vel respectu ipsius aui donantis, vel relinquētis, expresse fuerit relictum: vel quando hoc colligitur ex qualitate rei donata.  
Relictum seruo, vel filiofam. simpliciter non censetur domino, vel patri relictum contra communem.
- 18 Dominium rei donatæ à patre non transit, nec possessio civilis in filium. Fructus ex re à patre filio donata sui ipsius filij labore, & industria collecti, profectiij dicuntur, non tanquam ex re patris, qui donati non fuerunt, sed tanquam habitus eius occasione.  
Intellectus. l. Ballista. ff. ad Trebel. remissiuè.
- 19 Lucrum questitum ex pecunia filio à patre data, an sit profectitium, vel aduentitium.
- 20 Lucrum tale ex pecunia patris questitum inter patrem, & filium æquè esse diuidendum secundum sententiam Bartoli.
- Diuisio non potest locum habere, nisi contracta societate.
- 21 Secundum Baldum lucrum de quo supra iudicis arbitrio desinendum est, inspecta quantitate rei, & qualitate ipsius lucrantis, ut hoc aduentitium, illud vero profectitium dicatur.
- 22 Opinio gloss. approbatur iure Regni Castellæ & Portugaliæ, ad quas dantur plures remissiones.
- 23 Opinio glossæ non iter, & eleganter defenditur.

Hodie

- Hodie etiam stante decisione nostri textus, potest filius patri in totum acquirere, si hoc intendat, secundum Bartolum.
- Tutor contrahens simpliciter in re pupilli, videtur tutori nomine agere, & ei acquirere.
- 24 In dubio semper præsumitur filius ex re patris, quam propria industria lucrum comparasse.
- 25 Filius quantumuis protestetur, tunc per eum questitum ex pecunia patris, profectitium erit, nec protestatio ei proderit, contra Nauarrum.
- 26 Si filius acquirat ex bonis patris, & simul sua industria, & non alatur à patre, plānè procedent opinionēs Bartoli, & Baldi.
- 27 Acquisita per filium ex pecunia patris per vsuras, vel alios modos illicitos profectitia dicuntur, secundum glossam, quæ communiter reprobat.
- 28 Acquisitio turpis specialiter mandari non potest, nec debet.
- 29 Dominium vsuræ in vsurarium non transfertur.  
Sententia glossæ quando possit saluari, ibidem.
- 30 Si pater remiserit filio vsum fructum aduentitiorum, fructus ex eo collecti, an sit profectiij, vel an aduentiij.
- 31 Differentia inter amittere, & omittere.
- 32 Acquisitio, quæ fit iure patriæ potestatis, resoluitur nolente patre, & in eius persona fit reuocabiliter.
- 33 Intellectus ad. §. sin autem. infra hac lege.
- 34 Declaratur glossa in dicto. §. sin autem.
- 35 Bartoli opinio existimantis fructus aduentitiorum esse conferendos per filium emancipatum, reprobat.
- 36 Declaratio ad. l. 47. Tauri.

D

57 Si

37 Si filius succedat in Ducatu, vel Comitatu per mortem matris suæ, non acquirat usufructum patri, aduersus Gomecium.

38 Si filius ex matris successione succedat in Regno, liberatur à patriapoteestate, nec usufructum patri acquirat.

## In tex. ibi, Ex eius substantia.



Colligo profectitium esse illud, quod ex patris bonis profectum est. Glossa tamen in præsentī addit etiam profectitium esse, quod contemplatione patris est quæsitum. Quam sequuntur Bartolus, Paulus, Baldus, Corneus, & alij in præsentī: gloss. etiam & alij in §. igitur liberi. Instituta per quas personas. Vbi Riminal. num. 68. Ias. in l. 1. num. 27. & ibi Decius num. 92. C. qui admitti. & in l. vt liberis. num. 2. C. de collat. Crotus in l. frater à fratre. num. 3. de conditione indebiti. Nauar. in man. c. 17. num. 143. Gregor. in leg. 2. tit. 11. partit. 4. & alij relati per Caldas in l. si curatorē. verb. Læsis. fol. 345. Et facit pro hac opinione imprimis textus in lege, sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari in fine. vbi datum, vel relictum filio ab amico, vel propinquo patris arrogatoris, pertinet ad substitutum pupillarem tanquam datum ab ipso patre arrogatore. Et inquit Vlpianus in hæc verba:

*In arrogato quoque impubere dicimus, ad substitutum eius ab arrogatore datum non debere pertinere ea, quæ haberet si arrogatus*

arrogatus non esset: sed ea sola, quæ & ipse dederit arrogator, nisi forte distinguamus, vt quartam quidem, quæ omnimodo ex rescripto D. Pij debuit ei relinquere, substitutus habere non possit, at superfluum habeat. Scaenola tamen lib. 10. quaestionum putat, vel hoc arrogatori permittendum. Quæ sententia habet rationem. Ego etiam amplius puto, & si quid beneficio arrogatoris acquisiuit, & hoc substitutum posse habere, vt puta si arrogatoris amicus, vel cognatus ei aliquid reliquit: hactenus Vlpianus. Secundo, est textus in l. dotem dedit. 6. de collatione bon. Vbi dos data ab auo paterno, perinde est, ac si pater dedisset, & filia mortua ad eum reuertitur. Celsus enim ita inquit: Dotem quam dedit auus paternus an post mortem aui, mortua in matrimonio filia, patri reddi oporteat? quæritur. Occurrit æquitas rei, vt quod pater meus propter me filia meæ nomine dedit, perinde sit, atq; si ipse dederim. Quippè officium aui circa nepotem, ex officio patris erga filium pædet: & quia pater filia, ideò auus propter filium nepoti dotem dare debet. Tertio, facit text. in §. igitur liberi. ibi, ex re patris, per quas personas, iuncta. l. additio. 45. in fin. de acquir. hæred. ibi (ex re.) Quarto, facit. l. profectitia. §. 1. de iure dotium. I. C. autem sic asserit. Quid & si quis patri donaturus dotem dedit? Marcellus lib. 6. digestorum scribit hanc quoq; à patre profectam esse: & est verum. Quinto, est authoritas Bar. in d. §. in arrogato. ibi, si quid beneficio patris, vel eius occasione, &c. Sexto, est text. in §. igitur liberi. cui conuenit. l. 5. tit. 17. part. 4. l. 2. tit. 11. eadem part. ibi (Por razon de sus padres.) Consuluerunt secundum hanc opinionem Deci. consil. 180. num. 4.

L. dotem dedit. ff. de colla. bon.

Corn. consil. 181. num. 39. lib. 1. Soc. consil. 91. num. 10. lib. 1.

7. SED His non obstantibus, contraria sententia magis placet, scilicet, quod contemplatione patris relictum, non profectitium, sed aduēritium dicatur: Pro qua sententia imprimis facit text. hīc: ubi solum appellat profectitium id quod ex substantia patris, scilicet ex illius bonis profectum est, & ita sonat lex, ut liberis. supra de collat. ibi, de substantia eius, de cuius hāreditate agitur. l. quoniam nouella. C. de inofficioso. Deinde est textus in dicta lege profectitia. §. si pater hāreditatem, de iure dotium. ubi inuit, dotem profectitiam esse illam, qua patrimonium parentis fuerit diminutum. Idem probat Vlpianus in fragmentis titul. 6. Facit etiam pro hac opinione textus in l. final. C. de usufructu. & l. 3. in fine. de interd. & releg. ibi (quæ vero non à patre, sed à genere, & c.) Vltimo; consideratur textus in authentica excipitur. ibi (ab aliquo parentum) infra hāc eadem lege. Et retenta hac verissima sententia non obstant iura in contrarium adducta: & imprimis text. in dicto. §. in arrogato: nam ille textus duplicem habet intellectum.

8 Nam si intelligatur in quæsitis à filio arrogato, viuente arrogatore, nihil facit ad hoc, quia tempore digestorum nihil habebat filius, quod non esset profectitium. ex regula. l. placet. de acquirenda hāredit. Si verò intelligatur in quæsitis à filio arrogato post mortem arrogatoris, prout melius intelligit Cumanus, & sequitur Ias. ibi prope finem. Tunc responderetur, quòd ille textus probat

bat ad substitutum pupillarem pertinere non solum bona patris, sed etiam ea, quæ pupillus non haberet si arrogatus non fuisset: inter quæ considerauit. I. C. quartam ei debitam auctoritate Diui Pij. Considerauit etiam ea, quæ ab amicis, vel cognatis arrogatoris pupillus acquisiuit: quæ cum post mortem arrogatoris quæsitæ fuissent, illius esse non potuerunt; sed tantum illius contemplatione pupillo acquisita: ac propterea non pertinebunt ad substitutum pupillarem, tanquam bona patris, sed tanquam bona propter arrogationem quæsitæ.

9 Ex qua resolutione infertur falsam esse opinionem, quam post alios defendit Palatius Rub. in Rubr. de donatio. §. 45. Segura in l. 1. §. si vir vxori num. 92. de acquirend. possess. Antonius Gomez in l. 50. Tauri. num. 67. Ayora de partitionibus. 1. part. quæst. 8. num. 19: & alij relati per Caldas ubi supra pagina. 345. in verbo læsis: dum dicunt, argumento textus in dicto. §. in arrogato. donata vxori ab amicis, vel consanguineis mariti spectare ad maritum: neque pertinere ad vxorem, nisi præmortuo marito; ex text. in l. cum hic status. de donat. inter. Nam contraria opinio verior est, quam tenuerunt Bald. consil. 316. vol. 4. per. l. si mater. C. de donat. ante nupt. Roman. consil. 172. per legem si seruus communis. 3 8. de donat. inter. & plures alij, quos refert, & sequitur Altiatus regula. 1. præsumptione. 18. Zacius libro. 2. singularium intellectuum. num. 9. Pro quibus facit. l. si consentiente. 1 4. C. de dot. nat. iuncta. l. in communibus. §. vlt. de donatio. ubi

L. si consentiente. 14. C. de donat.

Inducitur  
Authent.  
excipitur  
in seo.

quod donatur sponsæ, aut vxori à cōsanguineis viri minimè reuocatur, aut auferitur vxori, inducitur etiā illa ratio, ob quam Consultus in. l. auus. 82. de iure dotium respondet: dotem nō esse profectitiam eam, de qua ibi quæritur, quia à patre non fuit profecta, quamuis data ab auo: Et istum magis probat Caldas vbi suprā fol. 346. col. 2.

10 Et licet nonnulli ex supradictis distinguendum existiment inter quæsitā contemplatione patris, & inter quæsitā contemplatione mariti: quasi primo casu admittatur acquisitio in persona patris propter patriam potestatem, quæ in vxore cessat: tamen decipiuntur, nam si rectè aduertatur communis opinio doctorum in. d. §. in arrogato, non fundatur in potestate patria, sed in eo, quod putant rem datam filio, videri prius datam patri, deinde filio. Et ex eo inferunt rem datam vxori contemplatione mariti, prius videri datam marito, deinde vxori.

11 Nec enim obstat, si ex aduerso dicatur hanc donationem factam vxori non debere valere propter fictionem brevis manus. Nam replicatur quòd fictio brevis manus non potuit contingere in proposita specie sine iussu & voluntate mariti, cuius nomine fit prima acquisitio, iuxta. d. l. 1. §. fin. de dona. inter. Tradūt omnes in. l. singularia, & in. l. certi conditio. §. si nummos. si certum petatur.

12 NON Obstat secunda difficultas de dicta. l. dotem dedit, qui text. in eisdē terminis patitur grauem difficultatem ex. l. auus. 82. de iure dotium, vbi Labeo sic scriptum reliquit: *Auus neptis nomine ex filio natae, genero dotem dedit, & moritur. Negat Seruius dotem*

ad

ad patrem reuerti, & ego cum Seruio sentio: quia non potest videri ab eo profecta, quia nihil ex bonis suis habuisset. Cui text. Bart. in dicto. §. in arrogato, quem magis communiter recipiunt, respondet faciens talem distinctionem; scilicet, quòd quando contemplatione patris auus dotauerit neptem, tunc sit profectitium. Si verò contemplatione neptis, minimè. Et sic procedere. d. l. auus. Quam solutionem, vt minus periculosam sequuntur communiter Doctores, vt probat Alex. & Ias. in. l. qui in aliena. §. interdum, de acquir. hæred. & in. l. in quartam num. 27. vbi Ripa num. 102. Decius consil. 85. nu. 5. Gom. in. l. 29. Tau. num. fin.

13 Sed ab hac communi recesserunt Fulgo. in. d. l. auus, Cuman. in. l. post dotem. vbi Ias. nu. 25. soluto matrimonio, aliam assignantes solutionem, scilicet, quòd dicta lex Auus loquatur quando solutum est matrimoniū morte viri. Quæ sanè solutio similiter non placet: quia etiam eo casu, quo matrimonium soluitur morte viri, constat etiam dotem ei datam reuerti, fierique inter patrem, & filiam communem. l. 2. §. quod si in patris. soluto matrimonio. nec in. d. l. Auus de hoc dubitatur.

Vnde pro vero intellectu, aduerte verbum illud (*moritur*) exponi debere, id est filia, vt sit sensus, quòd mortua filia, superstite auuo, dos non reuertatur ad patrem, sed ad auum, qui eam dotem dedit. Neque enim pater dotem dare poterat, cum nihil proprium habuisset. dict. l. placet. l. sic eueniet. 22. ad. l. Iul. de adulterijs. At verò in. d. l. dotem. mortua fuit filia post mortem aui: & ideò nihil mirum si reuertatur ad patrem, propter quem dos data fuit: nam æquitatis

tis

ris causa, videtur ab eo filiae profecta, cum auus nep-  
ptem dotans, vtriusq; matrimonij onera dicatur su-  
llinere: & sic respectu vtriusq; dos dicitur profecti-  
tia, respectu patris, qui eam dotem dedit. & respectu  
aui, à quo æquitatis causa videtur data.

Text. in. §.  
igitur li-  
beri Instit.  
per quas  
personas  
nobis intel-  
ligitur.

14. NON Obstat tertia difficultas ex. d. §. igitur  
liberi (ex re patris) quia responderetur, quòd cum ille  
textus desumptus sit ex nostro textu, illud verbum  
(ex re) intelligi debet, id est, ex substantia patris,  
arg. text. l. rei appellatione. de verb. significatione.  
Nec enim est inconueniens, quod patrimonium cu-  
iuslibet patrisfam. dici soleat res familiaris: iuxta  
quem sensum intelligitur. l. nam quod. 14. §. fin. cum  
duabus sequentibus ad Treb. vbi grauatus de re-  
stituendo fideicommissio particulari, compelli non  
potest hæreditatem totam restituere: & tamè si gra-  
uatus sit vniuersam rem, quia rei appellatione om-  
nis substãtia continetur, compelli potest. Neq; etiam  
obstat text. in. d. l. additio. 45. §. fin. ad finem. de ac-  
quirend. hæred. ibi (ex re.) Nam præmittendum est,  
quòd seruus alienus bonæ fidei possessus dupliciter  
acquirat bonæ fidei possessori: Scilicet, vel ex ope-  
ribus suis, vel ex re. l. liber homo. de acquir. rerum  
dominio. ibi (ex re.) Quod verbum exponi debet,  
id est, ex negotio. l. si pupilli. §. sed si quis. & l. litis. de  
negot. gestis. Vult ergo dicere text. in. d. l. additio,  
quòd seruus institutus contemplatione bonæ fidei  
possessoris, acquirat ei ex re, id est, ex eius negotio:  
cum impossibile sit, quod eo casu ex operibus suis  
videatur acquirere.

15. NON Obstat quarta difficultas ex. d. l. pro-  
fectitia.

fectitia. §. 1. Quia ei breuiter respondendum est, quòd  
ille textus loquitur in fictione breuis manus, in qua  
duæ sunt donationes; altera donatoris patri facta,  
altera patris in filiam, iuxta. l. 3. §. fin. de donat. inter.  
notatur in. l. singularia. si certum petatur: Ex quibus  
inferas intellectum ad textum in. d. l. profectitia. §. si  
quis. vbi inquit: *Si quis certam quantitatem patri donauit,*  
*ita vt hanc pro filia daret, non esse dotem profectitiam Iu-*  
*lianus. XVII digestorum sentit, & scribit. Obstrictus est*  
*enim, vt det, aut si non dederit, conditione tenetur.* Quibus  
verbis patet, datum patri ad hoc, vt in dotem filiae  
daret, non dici profectitium, sed aduentitium: & ra-  
tio est, quia cum accipiat ob causam, non contrahi-  
tur donatio, sed ob causam dati obligatio. l. Aristo.  
de dona. l. senatus. §. 1. de donatio. causa mort. Vnde,  
nuptijs non sequitis, repetitio non competit patri,  
sed ei, qui eam dedit. l. si ego. de iure dot. & tamen  
diuersum est si pater rem sibi purè donatam, & irre-  
uocabiliter quæsitam filiae in dotem dederit, quia de  
suis bonis dat.

16. QUINTO non obstat authoritas Bart. su-  
prà relata: nam aduerto, quòd malè à doctoribus al-  
legatur, qui nec eius mentem satis acceperunt. Vult  
enim magis Bart. contrarium dicere: cuius mens ea  
est sibi benè aduertatur, quod quãdo constat de tra-  
ditione facta filio propter patrem, id est, propter  
amicitiam (quia alias donator non esset donaturus)  
tunc donatio non videatur celebrata fuisse in filium,  
sed in patrè: & quod filius accipit, non videatur sibi,  
sed patri quærendū accipere ex donatione sibi facta,  
iuxta textum in. l. qui mihi donatum. 13. de donat.

E Si

Si verò constat donationem factam fuisse filio tanquam causæ proximæ, & immediatæ, tunc affirmat Bart. donationem filio acquiri per text. cui responderi non potest in l. Sociam, qui in eo. 60. §. 1. pro socio, vbi si aliquid socio relictum sit contemplatione personæ, licet occasione societatis, non erit communicandum inter socios: & tamen diuersum est si contemplatione societatis illud lucrum alicui ex socijs obuenerit. Et sic Bart. residet in eadē opinione, quam suprà defendimus.

17 S E X T O non obstat text. in d. §. igitur liberi, ibi, occasione patris, & duæ leges Regni, scilicet. l. 2. ibi, del padre del abuelo. tit. 11. p. 4. & l. 5. tit. 17. ead. par. ibi, porrazon de sus padres. Possunt enim tripliciter intelligi, primo, quòd loquantur quādo expresse donatū, vel relictum ab auo est nepoti contēplatione filij. Secundo, quòd loquantur respectu ipsius aui donantis, vel relinquētis, scilicet quando agitur de successione ipsius, non filij. Tertio, quando hoc colligitur ex qualitate rei donatæ, veluti quando auus donauit neptem, vt suprà diximus. Ex quibus obiter infero contra Bart. in l. si seruus eius. ff. de acquiren. hæred. quem ibi sequuntur communiter scribentes, Alex. in l. Gallus. r. col. lasso. num. 12. qui tenent relictum seruo, vel filiofam. simpliciter domino, vel patri censerit relictum. Quæ opinio vera non est, & cuiuslibet placere non potest: primo, ex text. in §. alienus quoque seruus. Instit. de hæred. inst. cum alijs. vbi seruus alienus hæres institutus, & postea manumissus, vel alienatus, sibi, vel nouo dño acquirat, cum alioquin si primi domini contemplatione fuisset institutus, ei hæredi-

Bart. opinio refutatur, & communis.

hæreditas restitueretur, ex. l. quidā cum filium. ff. de hæred. instit. Secundo, facit. §. seruus autē plurium. iuncto. §. si plures. eod. tit. Præterea hæc sententia contra comunē probari videtur in l. liber homo. ff. de acquir. rerum domin. Deinde est textus expressus in l. 3. §. nec enim, ibi, cui honos habitus est. ff. de leg. præst. Vltimo, hanc partē firmat eleganter. I. C. in l. legatū nulli. ff. de adimen. lega. Cui sententiæ magis patrocinatur, quam obstat. l. cum aliquis. ibi tãquam liber. C. de iure delib. cui etiam potest responderi ibi fuisse seruum institutum, pendente iudicio seruitutis. Unde deducitur ad l. cum hæres. de acquir. hæred. vbi Martianus sic inquit: *Cum hæres institutus esset filius, & haberet patrem furiosum, in cuius erat potestate, interponere se suam beneuolentiam D. Pius rescripsit, vt si filiusfamil. adierit, perinde habeatur, ac si paterfamil. adijisset. Permissit itaque ei, & seruos hereditarios manumittere, & c.* Cuius text. communis intellectus est filium ibi quæsisse sibi hæreditatem, & non patri. In quo textus ille non leuem patitur difficultatē, cum lex in præiudicium patris, ius, & emolumentum patriæ potestatis tollit. Cui tamen respondendum est, quòd cum institutio facta simpliciter de filio in potestate, intelligatur ipsius filij contemplatione facta (vt dixi) nullam lex patri iniuriam fecisse videtur conseruando hæreditatem filij, ad quem ex iudicio testatoris pertinet. Solū enim tollit beneficium patriæ potestatis ab eadem. l. patri concessæ: quod quidē ex causa solū Princeps, & non inferior potuit (quemadmodū, & in l. Imperator. ff. ad Treb.) auferre. Sic etiam subinfertur ad Africani responsum

L. cū hæres. ff. de acquir. hæred. propter comunem intellectum.



l. filiofam. ff. de condit. & demonstrat. de cuius intellectu cum ingenio disputat Costa lib. 2. Selecta. c. 17. & nos infra latius dicemus. Nunc autem obiter aduerto iure isto, quo filius est capax aduentitiorum, Africani dictum non procedere: atque illud totum emolumentum sic filijsfam. relictum non esse profectitium, sed tanquam aduentitium ad filium pertinere, cum contraria opinio (quam ibi voluit Bart. & in l. filiofam. ff. de dona. causa mortis) magis voluntati disponentium aduerfetur, vt infra adnotauimus.

18 POSSUNT etiam, & ea verba *occasione patris*, exemplificari optimè in fructibus collectis ex fundo donato à patre: cum enim nec dominiũ transferret in filiũ, iuxta text. in l. 2. cũ glossa. C. de inoff. dona. nec possessio civilis: iuxta l. stipulatio ista. 38. §. hæc quoque, ibi *possidere civiliter non possit*. ff. de verb. consequens est, vt sibi filius fructus lucrari non possit, quamuis industria, & labore eos collegerit: atq; ideo tales fructus erunt profectitij, non tanquã ex re patris, qui donati non fuere. l. in ædibus. §. 1. de donat. sed magis tanquam habitũ illius occasione. Et hoc est, quod voluit glossa expressè in d. §. igitur liberi. dum citat. l. 3. §. nonnunquam. versic. cum Polidius. ff. de vsuris. Facit. l. Ballista. ff. ad Trebel. quamuis hinc text. vulgò aliter intelligatur, vt expendit Costa in. 3. cap. p. verb. personis. num. 27. & verb. obliqua. num. 52. & aliter Cuiac. lib. 4. obser. c. 39. cui subscribit Vital. lib. 1. var. cap. 1. satis tamen opinio Acurfij in. d. l. 3. eleganter probatur.

19 SED & illud maximè controuerti solet, si pater dederit pecunias filio, ex eisq; lucrũ quæsierit.

Vtrum

Vtrum hoc lucrum dicatur profectitium, an aduentitium. In qua quæstione tres sunt opiniones principales. Primò enim glossa in præsentis, verbo, *Ex eius substantia*, in ea refidet opinione affirmans, hoc lucrum esse profectitium, per text. in. §. 1. Instit. per quas person. ibi, ex re patris, & ibi occasione. Secundo facit, quia sicut fructus ex fundo à patre donato sunt profectitij, vt supra diximus: sic & lucrum ex pecunia, iuxta l. vsuræ. de vsuris. Et hanc opinionem glossæ dicit receptam Orosius in. l. si tibi. §. si pactus. de pactis. num. 2. Cassan. in consuet. Burg. rub. 6. §. 4. num. 6. Caldas in. l. si curatorem. verb. læsis. nu. 118. & resoluit Lara in. l. si quis à liberis. §. sed si filius. n. 138. de lib. agnos. Sed ab ea recesserunt Bart. Paul. & alij hinc, Ias. in. l. illud. col. penult. Decius num. 12. C. de collat. arg. text. in. l. vsura pecuniæ. 121. de verb. signif. nec enim ex corpore pecuniæ nascitur, quemadmodum fructus ex fundo, qui eius pars est. l. fructus. ff. de rei vendicatione.

20 Secunda verò opinio fuit Bart. in. l. 1. §. nec Castrense. nu. 5. ff. de collat. bonorũ. & in tract. de duobus fratribus. 1. p. num. 2. existimantis hoc lucrum inter patrem & filium æquè diuidendum, arg. l. 1. cum glo. C. pro socio. l. cum duobus. §. in coeunda. ff. eod. quam dicit æquam, & magis communem Curtius Junior in. d. l. penult. num. 15. C. de collat. Arias in. l. 17. Tauri. num. 119. Gomez. in. l. 29. num. 24. & nouissimè Ayora de part. 3. p. q. 3. nu. 6. Cæterum contra Bartolum facit, quia ea diuisio non potest locum habere, nisi contracta societate, qua cessante, talis diuisio cessare debet: vt contendit Baldus in. l. certum.

Bart. opinio, & magis communis proponitur.

E 3

num. 5.

num. 5. C. fam. herciscund. quem refert & sequitur Calcan. consil. 19.

21 Tertia opinio fuit Baldi in auth. ex textameto. num. 6. C. de collat. credentis arbitrio iudicis esse relinquendum, ac definiendum, inspecta quantitate rei, & qualitate ipsius lucrantis, ut hoc aduentitium, illud verò profectitium dicatur. Quam receptiorem dicit Ripa in l. in quartam. nu. 157. ff. ad l. falcidiam. Corraf. in l. frater à fratre. 2. p. num. 48. Segura in l. si ex legati causa. num. 47. de verb. & in l. 1. §. si vir uxori. num. 69. de acquir. posses. Greg. in l. 5. tit. 17. p. 4. & in l. 3. tit. 15. par. 6. Riminald. d. §. igitur liberi. num. 74. Instit. per quas personas nobis acquiritur. Menoch. de arbitrarijs lib. 2. casu. 126. num. 5. & plures alij relati per Caldas verb. læsis. num. 118. & per Ascan. de patria potesta. effectu. 2. num. 8. Hæc sunt de iure communi.

22 De iure verò Regni, prima opinio glossæ videtur approbata tam in iure Regni Castellæ, ut in l. 3. tit. 15. p. 6. quam Portugaliæ; ut in ord. lib. 4. tit. 77. §. 22. & tit. 78. in principio. Ad quas leges varios intellectus colliges ex Gomez. in l. 29. Taur. num. 24. & cæteris vbi suprâ. & alium ex Nauar. in man. c. 17. nu. 144. & 148. vbi totum tribuit patri, nisi filius protestetur. Tu autem defendas glossam istam in puncto iuris, non ex eo procedere, ut glossa & sequaces existimant, quia erat pecunia patris: sed ex eo, quia cum pater concessit pecuniam filio in peculiū, videtur voluntatē suam accommodasse, ut filius contrahat eius nomine. l. 1. §. item acquirimus. de acq. poss. l. quod seruus. in fin. de solut. Quod mandatū filius exequendo, patri rem

rem acquirit, non per viles actiones, ut institutor, & procurator, sed per directas tanquam filius, ex doctrina Bart. in l. quodcumq;. de verb. vbi docet etiā hodie attento iure nostri text. posse filium patri acquirere, si hoc intendat: quod adeo procedit, ut etiā si filius simpliciter contrahat, quia tamē ex mandato patris videtur contraxisse, patri, & non sibi acquireret, arg. text. in l. post mortem. §. 1. ff. quando ex facto tutor. vbi tutor contrahēs simpliciter in re pupilli, videtur tutorio nomine agere, ac ei acquirere. Itē ampliatur hæc Bart. doctrina, etiā si sibi velit filius acquirere. ex l. qui mihi donatum. 13. versic. & placet. ff. de donat. pro quibus, & illud facit, quia filius non potest agere rem patris peculiarem suo nomine, sed patris, iuxta totum titulum. ff. de peculio. Secundo, quia cum filius sit domesticus patris, & ab eo alatur, ei operas præstare tenetur, idque facere tanquam domesticus ratione alimentorum, iuxta notata per Baldum hic num. 10. Paul. in l. diuortio. num. 10. solut. matrimonio: sicut obsequium, & reuerentiam debet; ex l. penult. de obsequijs. l. veluti. vbi omnes. de iustitia, & iure: quidquid nonnulli perperam existimassent, eum Baeça in tractatu de decima tutor. cap. 2. ex. nu. 12. & Lara in l. si quis à liberis. §. sed si filius. num. 136. de lib. agn. qui putant patrem non posse compellere filium, ut ei seruiat: quod quam absurdum sit, vel ex eo deprehendi potest, quod lib. Eccles. legitur. c. 30. in ijs verbis, incurua cervicem eius, & rursus, de filiū tuum; & operare in illo, &c. Remanet ergo hæc suprâdicta sententia in puncto iuris verissima, quam etiam defendit Roman. licet non ita consil. 469. credens

Filius factus simpliciter contraheñs ex mandato patris, videtur contraxisse, & ei acquirere.

credēs in puncto iuris, id esse verum, quicquid Socin. consil. 92. vol. 1. & Menoch. de arbitr. quæstionibus centuria. 2. casu. 126. contradicant.

24 Quod sit ut in dubio semper præsumatur filius ex re patris, quā propria industria lucrū comparasse. Ut reiectis alijs opinionibus varijs, magis probat Alexan. consil. 31. num. 6. & 7. lib. 4. & consil. 10. nu. 24. lib. 3. defendit Ias. consil. 25. lib. 1. & hanc esse certam & claram conclusionem affirmat Bart. Socin. consil. 92. nu. 14 lib. 1. quam securè videtur sequutus Gregor. in. l. 3. verb. *de su padre*. tit. 15. p. 6. Pro qua potuit expēdi celebris Accur. adnotatio in. l. defens. facultas. 8. glos. vltima. C. de iure fisci. lib. 10. obseruantis præsumptionem esse sumēdam contra administratorem rerum fiscalium, ut auxisse proprium patrimonium intelligatur ex rebus fiscalibus: quod in œconomis, & prælatis probat idem Accur. in authen. licentiam. verbo probatus. C. de Episcopis, & Clericis, & præter Alex. vbi suprā probant multi relati per Caualcantum decisione. 39. num. 32. quod esse celebre, & obseruandum contra thesaurarios, & quæstores Regios, aduertit Bald. in. d. authen. licentiam. argum. authen. de Ecclesiasticis tit. §. interdicimus, & cap. 1. de peculio Clericorum.

25 Ex superioribus tamen infertur prime, quòd si pater dederit pecuniam animo donādi filio, sine vlla spe lucrī, tunc ipse filius totum lucrum sibi acquireret. Nam cum pecuniæ patris nihil debeatur. d. l. usura, nec ipse filius nomine patris contraxerit, relinquatur ex industria quæsitū lucrum ad eum pertinere, iuxta nostrum textum.

Secundo

Secundo infertur protestationem Nauarri vbi suprā, quem sequitur Parla. quotidianarum quæstionum, cap. 19. non semper esse necessariam, præcipuè in casibus suprā relatis: nec eam patri obstare, arg. text. in. l. nemo potest. de leg. 1.

26 Tertio infertur, quòd si filius acquirat ex bonis patris, & simul sua industria, & nō alatur à patre: vel etiam si expresse sit contracta inter patrem & filium societas (poterit namq; talis conuētio patrem obligare, secundum regulas iuris noui.) Tunc procedant opiniones Bal. & Bartoli vbi suprā. Ex quibus similes resolues quæstiones, de quibus Ias. in. l. pen. ex num. 7. de collat. vbi Decius, & idem consil. 621. ex num. 1. Palat. Rub. in Rubr. §. 65. ex num. 2. Laurentius de Pina. consil. 65. num. 22. lib. 1. Gomez. vbi suprā num. 24. cum sequent. latè Baeça tract. de decima tuto. c. 2. ex num. 12. Lara in. l. si quis à liberis. §. sed si filius. num. 136. de lib. agnos.

27 EX HAC quæstione sic resoluta, subinfertur & illud dubium. Virum acquisita per filium ex pecunia patris, per vsuras, vel alios modos illicitos, dicantur profectitia, patriq; acquirātur. Et glos. hīc in verbo, *ex eius*, existimat esse profectitia, quæ communiter reprobatur ex Bart. hīc num. 3. Paulo. 5. Ias. in. l. illud. col. penult. Decio. num. 12. de collat. Rimin. in. §. 1. nu. 77. Insti. per quas personas. Palat. vbi suprā num. 5. Caldas referendo plures in. l. si curatorem. verbo, *læsis*. nu. 18. vltià Grego. in. l. 9. verbo, *vsu fructu*. tit. 17. part. 4. Matienço ad. l. 9. glos. 2. num. 15. tit. 1. lib. 5. comp. Baeça tractat. de decima tuto. cap. 26. num. 3. Qui omnes moueri possunt argu. text. in.

Alia opinio glossæ hic communiter refutatur.

F I. quod

Suprà. d. glos. sententia limitata.

## Prima pars

l. quod seruus. in. fine. ff. de acquirenda possessione.  
28 Cuius rei ratio vltra omnes ea etiã esse potest,  
quia cũ acquisitio turpis specialiter mādari non po-  
tuerit, nec debuerit. l. si verò non remunerandi. §. si  
adolescēs. ff. mandati. non venit in generali mādato  
patris peculium concedentis, iuxta legem qui pecu-  
lij. 47. de peculio. l. si pater filio, quæ in fraudē cred.  
notat Bartol. in. l. si procurator. nu. 3. & 6. de procur.  
Facit pro hac sententia. l. quod autem. ff. pro socio.  
*Quod autem ex furto, vel ex alio maleficio quæsitum est in  
societate non oportere conferri palam est, quia delictorū tur-  
pis, atq; fœda communitio est.*

29 Probat glos. & ibi Salicetus in. l. bona. C. fam.  
hercisc. l. 4. §. 1. ff. eodem. vbi turpe lucrum nō venit  
in iudicio familiæ hercisc. & hæc est vera & recep-  
tior sententia: quicquid Alber. Bal. Fulgos. Florianus  
ibi contrarium dicant, contendentes lucrū istud  
vsuario patri quæsitum inter hæredes iudicio fami-  
liæ herciscunde esse diuidendum, argum. gloss. in. c.  
si quis. vsuram. 14. quæst. 4. quatenus probat domi-  
nium vsuræ rectè in vsurarium transferri. Nam con-  
trarium verius est, vt ex glos. in cap. extranmissa. de  
decimis probant Abb. ibi, & cæteri communiter: ex  
contractu enim reprobato dominium non transfer-  
tur argum. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquirend. poss. &  
.l. non dubium. C. de legibus. Et in specie ita videtur  
colligi ex. 28. Prouerb. c. in ijs verbis: *Qui coceruat  
diuitias vsuris, & fœnore, in pauperes congregat eas.*

POTERIT tamen sententia Accursij saluari  
eo casu, quo vsurę fuerint licite, & in repu. permisse,  
videlicet, quæ dātur à numulario, vel quæ ex annuis  
reddi-

## De bonis quæ liberis.

22

redditibus quæruntur: quos Vulgò, *Censo*, appellant.  
Nam in his, quia filiusfam. solùm habet negotiatio-  
nem, & administrationē, sequitur prædictā opinionem  
benè procedere, scilicet, tale lucrū ad peculium pro-  
fectitium esse reduceñdū, quod ex substātia paterna,  
aut eius occasione filius comparauerit: qui procul-  
dubiò in hoc casu habebitur perinde, ac negotiorum  
gestor, aut quidā procurator, vt tunc faciliè pro Ac-  
cursio induci possit. l. quod procurator. 68. de Procu-  
ratorib. l. si ita. 16. versic. vltim. ff. de vsu & habitat. l.  
ex re. 31. de vsufruct. l. sed si vir. 32. cum. l. vltim. de  
donat. inter. vel eo modo, quo supra communè ex-  
plicauimus, ac defendimns.

30 SECVNDO vtiliter dubitari solet: Si pater  
remiserit filio vsufructū aduentitiorū iuxta textū  
in. §. sin autem infra hac lege: *Fructus vtrum sint pro-  
fectitij, an aduentitij.* Et prima facie videtur eos esse  
profectitios: quia cũ vsufructus aduentitiorū ad pa-  
trem spectet per textū nostrum, debuit remanere in  
persona patris, quāuis donat<sup>o</sup> sit filio, iuxta. l. 2. C. de  
inoff. donā. l. donationes quas parētes. C. de donat.  
inter virum & vxorem. Et per consequēs debuit nu-  
merari inter profectitia, vt in principio nostri text.  
propter quam difficultatē Corneus in. d. §. sin autē.  
numer. 3. rectè distinxit inter fructus collectos ante  
patris donationem, & collectos post, vt illi sint pro-  
fectitij, iuxta regulā huius text. in principio: hi verò  
aduentitij, iuxta dictū. §. sin autem. Quam sentētiā  
sequitur Tellus Ferdinand. in. l. 17. Tauri. nu. 61. nec  
contradixit Dueñas regula. 223. fall. 3. Gutierrez in  
c. quāuis pactum. nu. 35. & nouissimè Caldas

L. quod  
procura-  
tor. ff. de  
procurat.  
pondera-  
tur.

L. quod au-  
tem. ff. pro  
socio.

Prouerb.  
cap. 18.

Pereira in. l. si curatorē habens. verbo, l. x. nu. 148. Et ratio est, quia quando pater remittit fructus colligendos, magis dicitur omittere, quam amittere: inter quæ duo longa est differētia, ut in. l. qui autem. ff. quæ in fraudem creditorū, vño casu dicuntur bona aduentitia, alio verò profectitia. ut in. l. profectitia. §. si pater hæreditatē. de iure dotium: & in. l. si sponsus. §. si maritus hæres. de donation. inter. tradit Vitalis de collat. quæst. 8. num. 184.

32 Et confirmatur, quia illa acquisitio, quæ fit iure patriæ potestatis, resoluitur nolente patre, fit enim reuocabiliter in persona patris, iuxta glossam, & ibi tradita in. §. item vobis. Instit. per quas personas nobis acquiritur, & in. l. etiam. de acquirendo rerum dominio: nec enim beneficio confertur in inuitum, & repugnantem. l. hoc iure. §. non potest. ff. de donat. l. inuito. 70. ff. de regul. iur. Ac proinde remittente patre, filius iure suo fructus colligit, consolidato vsu fructu cū proprietate. Nam cum sit vsusfructus vna, & eadē res cum proprietate, ex. l. si cum testamento. 21. §. si fundum. ff. de except. rei iudicatæ, non debet diuerso iure cēseri: ex regula. l. eum, qui ædes. 23. ff. de vsucapion.

33 Ex quibus infertur textum in dicto. §. sin autem non specialiter procedere, quicquid dicat Bald. in. l. 2. num. 5. C. de inoffic. donation. Bart. in. l. frater à fratre. num. 56. ff. de conditione indebiti, & ibi Ias. num. 45. Crotus num. 80.

glos. in. d. §. sin autē declaratur.

34 Infertur etiam, glossam in. d. §. sin autem, verbo *lucretur*, dicentem donationē, de qua ibi, morte confirmari, debere necessario intelligi in facultate colligendi

ligendi fructus per patrem filio remissa, quam potest pater iterum recuperare si velit, quandiu durat patria potestas: Ceterum in fructibus ante donationem patris acquisitis, textus ille non loquitur, quia sunt profectitij: item in fructibus post patris donationem à filio perceptis, intelligi glossa non debet: quia sunt aduentitij, & statim perficitur acquisitio, sicut colliguntur, nec expectanda est mors patris per ea, quæ supra diximus.

35 Infertur vterius opinionem Bartoli non posse defendi in. l. pater filium. nu. 5. de collatione dotis: quem sequuntur Paul. Alex. & Ias. in. l. final. C. de collat. idem Ias. in Rub. eiusdem tituli, & est concursus omnium opinio, secundum Stellam in tractatu de collat. cap. quæ bona sint conferēda: dum ait: Fructus aduentitiorum esse conferendos per filium emancipatum, ex text. in. l. si fratres. §. idem Papinianus. ff. pro socio. Nam contrarium est verissimum tam de iure cōmuni, quam Regio, & in praxi: Bartoli enim argumentum procedit attento iure antiquo, cæterum attento iure nouo, cum tales fructus acquirantur ex re aduentitia, sunt aduentitij, ex. d. §. sin autem, & in. §. cum autem. infra hac. l. ac propterea nō conferuntur. d. l. fin. C. de collat. Ex quibus perperam labitur Costa in. 3. §. parte ex nu. 228. quatenus prædictæ sententiæ assentitur.

Filius emācipatus nō confert fructus aduentitios contra communem.

36 Ex qua resolutione resultat maxima vtilitas ad decisionem l. 47. Tauri, cum sequenti: vbi cauetur quod pater reddat filio coniugato. vsu fructum liberum, ex quo tempore benedictiones Ecclesiæ suscipit: nam eos fructus non confert postea, quicquid

Bart. vbi suprâ. Quod intelligi debet, si matrimoniũ contractum sit à filio cum consensu patris, quicquid velint Cisuentes, & Gomez. in. l. 48. Taur. num. 6. & dubitet Palat. Rub. in repetitione Rubricæ. §. 72. de donation. inter virum & vxorẽ. Cũ igitur eos fructus percipiat iure aduentitio, per ea, quæ suprâ dicta sunt, confestim sequitur non esse conferendos, ex. d. l. fin. C. de collat.

Vfusfructus, vel Ducatus filij nõ acquiri patri cõtra Gomez.

37 Præterea deducitur, quòd si filius succedat in Ducatu, vel Comitatu per mortem matris suæ, licet regulariter fructus aduentitiorũ, & cuiuscũq; maioratus acquirat patri ex iure patriæ potestatis, vt in præsentì, & in his terminis id ipsum doceat Anton. Gomez. in. l. 48. Taur. nu. 4. Contrarium tamen existimo verius, non solum quando bona sunt data à Rege, quia in eo casu sunt quasi Castrensia. l. cùm multa. infrâ hoc tit. l. 7. tit. 17. p. 4. & tenent multi auctores, quos refert Gomez. vbi suprâ. Matienço in. l. 9. glos. 2. tit. 1. lib. 5. nouæ recopil. Sed etiam quando bona fuerunt propria fundatoris. Tunc enim cum is filius succedat matri in dignitate, fiatq; Dux, Marchio, aut Comes, fiatq; de consilio Regis, vt in. l. 4. tit. 4. lib. 2. recopil. libereturq; à patria potestate, vt in authen. constitutio, quæ de dignitatibus collat. 6. & notant DD. in. §. filius. Instit. quibus ius patriæ potestatis soluitur. Et est text. in. l. 7. & ibi glos. tit. 18. p. 2. Deducitur, quod sibi acquireret ex re sua, quemadmodum, & is, qui matrimonium contraxit: ac proinde ea ratione fient aduentitia; & ita vidi postea practicari à Iurisperitis in causa Comitissæ de Valètia cum Duce de Najara patri eius per iura, & rationes hinc

hic positas, licet contrarium teneant nonnulli, quos refert Matien. vbi suprâ, glos. 3.

38 Quod ius etiã in eo, qui ex matris successione Rex factus est, recipi necessario debet, quoniã Rex, iure ipso liberatur à patria potestate: cùm enim ea potestas iuris ciuilibis sit, vt in. l. 3. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Benè sequitur eum Regem nõ manere amplius in patria potestate, cum legi ciuili subditus non sit. l. Princeps. ff. de legibus. maximè cum omnes dignitates, quibus quis liberatur à patria potestate, sint in ipso Principe, à quo tanquam à fonte, vel à capite solent cæteræ dignitates, vt in membra dimanare, vt inquit Bald. in. cap. 1. quis sit Dux, vel Marchio in vsibus fœdatorũ, quem refert Platea in. l. 1. col. 2. in. fin. C. de dignitat. lib. 12. Ias. in. l. 1. nu. 4. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. Nam Carolus Philippi maximi, ac optimi Hispaniarum Regis filius, si hodie viueret, profecto solus in Regno Portugalix succederet excluso patre, nec ei vsum fructum Regni acquireret, per ea, quæ suprâ adnotauimus.

## Sequuntur nonnulli effectus Peculij profectitij.

S V M M A R I V M.

39 Cum filius fam. licet incapax acquisitionis, obligari potuisset ciuilitè, & naturaliter, etiam sine expresso patris consensu, pater tenetur de peculio, siue propter contractum filij, siue propter eius delictum.

*Prima pars*

- 40 Filiusfam. sine expresso patris consensu, hereditatem adire non potest: & huius rei noua ratio.
- 41 Ex mutuo, nec filius, nec pater obligatur, & quando obligetur, ibidem.
- 42 Intellectus ad. l. 2. tit. 1. lib. 5. compilationis.
- 43 Sine patris auctoritate filius non obligatur propter votum: nec pater tenebitur, & quomodo hoc intelligatur.  
Intellectus ad. l. 2. §. voto. ff. de pollicitationib. ibidem.
- 44 Pro debitis patris non potest fieri executio in peculio profectitio.
- 45 Nec propter delictum patris, peculium profectitium confiscari.
- 46 Meliorationem tertij, & quinti quantumuis reuocabilis patre relinvente, non confiscari.
- 47 Intellectus ad. l. cum hic status. versic. si maritus. ff. de donationib. inter virum, & l. res uxoris. C. eod.
- 48 Intellectus ad. l. 1. §. sed si alio. ff. quando actio de peculio.
- 50 Si filiusfam. decedat viuo patre intestatus, bona aduentitia transmittet in liberos iure hereditario, non verò profectitia.
- 51 Dos profectitia quare dicatur iure singulari ad patrem reuerti.  
Pro intellectu. l. 47. Tauri, & lib. 4. tit. 71. ordin. Portugaliæ.
- 52 Ad declarationem. l. 6. Tauri.
- 53 Ad legem. 5. Tauri.
- 54 Ad l. 17. Tauri.
- 55 Melioratio facta filio per patrem irrenocabiliter, licet reuocari non possit, dominium tamen absolutè, & perfectè

*De bonis qua liberis, &c.* 25

- perfectè non transit in filium ante mortem patris.
- 56 Donatio facta filio militi à patre ex causa castrensi, licet sit irrenocabilis, tamen si is filius moriatur intestatus, quamuis liberos relinquat, reuertetur ad patrem iure peculij.
- 57 Filius melioratus, si relinquat liberos in aui potestate, propterea quod mortuus sit ante benedictiones Ecclesiæ, talis melioratio ad patrem reuertetur: nisi habeat clausulam de restituendo.
- 58 Licet donatio patris in filium iuramento firmata valeat, & debeat obseruari secundum communem, tamen si filius moriatur relictis liberis, talis donatio tanquam profectitia, ad patrem spectabit iure peculij, non ad liberos tanquam heredes.
- 59 Quamuis filius habeat rem patris, seu ex donatione, seu ex peculio cum libera administratione, adhuc tamen si filius committat delictum, propter quod bona debeant confiscari, telis res, aut peculium patri, qui dominus est, auferri non debet.
- 60 Mortuo patre, peculium profectitium venit diuidendum, vel conferendum inter liberos.
- 61 Donatio simplex an conferatur.
- 62 Donationem simplicem conferendam esse ex professo, & cum magna animi deliberatione defenderunt Doct. Hector Roder. & filius eius Iurecons. præstantissimi.
- 63 Intellectus ad. l. penult. ff. de collat. detis.
- 64 Intellectus ad. l. 2. C. de inoff. donationibus.
- 65 Donatio facta filio iure antiquo, morte non confirmabatur: Sed si pater donabat, & in ea voluntate perseverabat, censebatur præoccupasse iudicium familie heriscunde.

- 66 Confirmatio donationis, qua morte patris fit ex iure Codicis, retrotrahitur ad tempus celebratæ donationis, quantum ad dominium, ut fingatur filius dominus fuisse in vita patris.
- 67 Falso putare eos, qui dicunt talem retrotractionem non fieri nisi quantum ad fructus.
- 68 Intellectus ad. l. si donatione. C. de collat.
- 69 Intellectus ad. l. penult. C. eodem.
- 70 Decisio. l. 4. tit. 15. part. 6. quod seruari non debeat.
- 71 Intellectus ad. l. 29. Tauri.
- 72 Intellectus ad. l. 26. Tauri.

## De obligatione filij in peculio profectitio.

39



**R** I M V S. Effectus peculij profectitij est, quod (cum filius famil. licet incapax acquisitionis, ex reg. l. placet, obligari potuisset naturaliter, & ciuilitur, etiam sine expresso patris consensu. l. filius famil. 38. ff. de actionibus & obligationibus. l. tam ex contractibus. 57. ff. de iudicijs) pater teneatur de peculio, siue propter contractum filij, ut in. l. 3. §. sed utrum. ff. de minoribus. l. si quis cum filio. 45. ff. de peculio. siue propter delictum, ut in. l. & si condemnatus. 35. iuncta glossa. ff. de noxalib. Teneatur enim pater ciuilitur & naturaliter: quia licet non consentiat specialiter in contractibus filij. §. præterea. Instit. quod cum eo: tamen permittendo administrationem peculij, generaliter consentire videtur.

Pater teneatur de peculio ex contractu filij, seu eius delicto.

detur. l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquirēda possessione. l. quod seruus. 35. in fine. ff. de solutionib.

40 **Q**UO D tamen primo fallit in hæreditatis aditione: nam licet ille, qui adire, contrahat, ut in. l. 3. §. fin. ff. quibus ex causis in possess. eatur. l. 4. §. hæres. ff. de actio. & oblig. tamen filius adire hæreditatem non potest sine expresso patris consensu. l. qui in aliena. in princip. ff. de acquirenda hæreditate. *Qui in aliena est potestate, non potest inuitum hæreditati obligare eum, in cuius est potestate, ne ari alieno pater obligetur, &c.* Cuius rei rationem inuestigant D D. ibi, & plures congerunt Alciar. lib. 4. Paradox. c. 2. Bellonus lib. 3. supputatio. c. 2. Lortotus de aditione hæred. axiom. 19. Sed illa videtur verior & noua ratio, quia in cæteris contractibus obligantur simul filius & pater. d. l. si quis cum filio. At in aditione hæreditatis facta per filium, cum solus pater in solidum obligetur, filius verò in nihilum, cum in eo nullum emulumentum permaneat, sed statim transferatur in personam patris, ex regula. l. placet, fiatq; hæres. l. qui liberis. §. hæc verba. de vulg. sequitur nè pater inuitus obligetur, necessarium esse expressum, & specialem consensum patris: quod manifestè cõprobatur ex ratione textus in. l. acquiritur. 10. de acquirendo rerum dom. ibi, *ideòq; &c.* quasi ostendat ibi. I. C. ex eo, quod hæreditas non possit remanere in persona serui, sed debeat transire in personam domini, ratione dominicæ potestatis necessarium fore consensum ipsius, nè inuitus hæreditati obligetur: adeundo enim obligatur quis, & hæreditas eum obligat. l. 3. §. fin. ff. quibus ex causis in possessionem eatur. l. more. l. fuit

Ratio textus in. l. acquiritur. ff. acq. rerum dom. ponderatur.



quæst. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. hered.

Pater non obligatur ex mutuo filij.

41 SECUNDO Fallit in mutuo: non enim posset filius obligari ex mutuo, nec pater de peculio. l. 1. & per totum. ff. ad Maced. & inde infertur intellectus. l. 22. tit. 11. lib. 5. Recop. dum habet filium ementem habita fide de pretio non obligari, idque non alia ratione procedere, quam propter auctoritatem Macedoniani. quo filio mutuum accipienti succurritur, licet enim filius non fuerit obligatus ex mutuo, quia tamen eo emente habita fide de pretio fraus fit Senatusconsulto, æquum est, ut eo casu etiam locum habeat, argumento. l. oratio. §. 1. de sponsalib. & in terminis probat. l. si filiusfamil. la. 1. & in. l. sed & Iulianus. 9. §. mutui. ff. ad Maced. tacitè enim videtur conuerti vna obligatio in aliam: quod & fieri

42 potest. l. si ex pretio. C. si certum petatur. Cæterum si vtiliter pecunia consumpta sit, & in rem patris, vel filij conuertatur, tenebitur pater non obstante Maced. ut in dict. l. sed & Iulianus. §. proinde. versic. quod dicitur, & in. l. Macedoniani. C. eodem titulo, vbi Imperator Alexand. sic statuit: *Macedoniani Senatusconsulti auctoritas petitionem eius pecunie non impedit, quæ filiosfamil. studiorum, vel legationis causa alibi degenti, ad necessarios sumptus, quos patris pietas non recusaret, credita est, &c.* Cui concordat. l. 6. tit. 1. p. 5. quo casu non potest intelligi dict. l. 22. cum filius obligatus maneat, ac proinde si filius urgente necessitate obligetur ex mutuo, vel ex alia causa, vel obligatio conuertatur in vtilitatem patris, vel filij, crederem non obstante dict. l. Regia, filium, & patrem

Pater quo casu teneatur ex mutuo filij.

trem manere obligatum de in re verso, vel ex negotio gesto: aliàs enim lex illa contineret iniquitatem.

43 TERTIO Fallit in voto. l. 2. §. voto. de pollicitation. vbi Vlpianus lib. 1. disput. scribit. *Voto autem patresfam. obligantur puberes sui iuris: filius enim famil. vel seruus sine patris, domini vè auctoritate, voto non obligantur.* Quod intelligitur siue in reali voto, ut de dando aliquid, siue personali de eundo ad aliquam partem: non enim obligatur filiusfamil. sine patris auctoritate, nec pater tenebitur: quia tale votum tendit in præiudicium patris, id est, in patris potestatem, & ita DD. ibi communiter. Sed certè ego existimo filiumfamil. sine præcedenti patris consensu non solum obligari ex voto religionis, ut in l. fin. §. 1. C. de Episcopis & Clericis, sed etiam in alio quolibet voto, nisi statim pater contradixerit: quod mihi ratione comprobatur & stat cautum in sacra pagina Numerorum cap. 30. quasi per taciturnitatem pater consentire videatur, cap. qui tacet. de regul. iur. in. 6. neque enim hic casus potest differri ab alijs, in quibus filius ex generali consensu patris obligatur, ut supra diximus. Nec obstat text. in. l. 2. §. voto. ff. de pollicit. quia Iureconf. ibi non intelligit de voto Deo facto, sed de eo, quod fit reipub. ut eleganter accepit Accursius in. d. l. 2. schol. 2. ad finem, & tradit Alciatus lib. 5. Parergon. c. 9. vbi huius rei reddit rationem: & sic cessat distinctio interius Canonicum, & Civile, quam faciunt Decius in. l. 1. col. 3. C. qui admitti. Marcus Antonius in. §. 2. col. 2. Instit. quibus non est permillum facer. testam.

Filius obligatur ex voto contra D.D.

Numero- rum. c. 30.

De executione facienda in  
peculio profectitio.

44. **S**ECVNDVS Effectus est, quòd pro debitis patris non potest fieri executio in peculio profectitio filij, vt est text. singularis in. l. 3. §. sed vtrum. ad fin. ff. de minorib. ibi, à fisco propter debita, per què ita est recepta sententia, vt resoluit Alexand. in. l. si finita §. si de vectigalibus. num. 48. ff. de damno infecto: & ratio est, quia cum filius famil. habeat peculij administrationem, non debet in ea puniri propter culpam patris. l. crimen. ff. de pœnis. l. sancimus. C. eodem, tradit Crotus in. l. frater à fratre. num. 32. ff. de condit. indeb. Sic & similiter propter delictum patris, peculium filij profectitium non erit publicandum, publicatis bonis paternis, licet bona profectitia sint patris, & non filij, ex. d. l. 3. §. sed vtrum, & ibi Bart. vbi est recepta traditio, secundum Alexan. vbi supra. 46. Ias. in. §. actiones. num. 64. de actionibus. Palac. Rub. in Rubr. de donationib. inter. §. 66. num. 24. Suarez in. l. post rem iudicatam. casu. 13. numer. 9. 45 Contrariam tamen sententiam post plures defendit Menoch. de recup. poss. remedio 9. num. 74. & esse communem vsu, & autoritate testatur Quemada quæst. fiscali. 19. & post alios esse verissimam saltem iure Regio affirmat Caldas in. l. si curatorem habens. verb. læsis. nu. 119. & tanquam indubitatum præmittit Siman. Cathol. instit. num. 17. qua reteta, licet sit difficile respondere ad. d. §. sed vtrum, vt videbis apud supra relatos, & Vitalè lib. 2. varia. lectio. cap.

L. 3. §. sed  
vtrum. in  
fine. ff. de  
minorib.  
interpre-  
tatio.

cap. 27. mihi tamen videtur probabiliter dici posse. d. §. sed vtrum. non esse accipiendum de confiscatione, quæ subsequitur delictum, sed potius debitum aliquod ciuile, idq; introductum magis ex æquitate, quàm ex iuris regula, ex constitutione Claudij, vt vbi adnotare videtur Cuiac. & qui melius explicat Duarenus ad titulum de peculio. cap. 1. pag. 2. licet vt nouum tradat Caldas vbi supra, qui aliorum relatis rationibus magis probat de confiscatione esse intelligendum. Ego autem aduerto posse considerari nouam, & elegantem rationem differentie inter confiscationem propter delictum, & additionem bonorum propter æs alienum: nam hoc casu, cum filius adhuc maneat in potestate patris, conseruatur nomen peculij: illo vero damnato, & patria potestas, & nomen peculij amittitur, quia confiscatio præsupponit delinquentem amittere vitam & libertatem, aut ciuitatem. l. 1. ff. de bon. damnato. quibus casibus amittitur, & patria potestas. l. vltim. ff. de capitis diminutione: & ideò confunditur cum alio patrimonio patris (vt infra dicam) atq; ideò nihil mirum si possit confiscari.

46 **Q**VAE Licet ita sit in peculio profectitio, aduertendum tamen in proposito notabiliter existimo meliorationem factam filio reuocabilem in terminis. l. 17. & 44. Tauri non esse reuocandam, nec fisco applicandam, quamuis bona patris donatis, vel meliorantis publicentur, vt tenet Anton. Gomez in. l. 40. Tauri. nu. 91. per textum, quem ad hoc optime induxit in. l. res vxoris. C. de donat. inter. quatenus probat publicatis bonis mariti, non publicari donationem,

Pro expli-  
catione. l.  
17. & 44.  
Tauri op-  
tima ani-  
maduer-  
sio.

47 tionem, quam maritus fecerat vxori; probat idem  
 .l. sed si mors. in fin. ff. de donation. inter. Sed con-  
 trarium tenuit Peralta in. l. 3 §. qui fideicommissum.  
 num. 128. ff. de hæred. instituend. referens ita iudi-  
 catum fuisse, idq; ex eo, quia ea bona sunt patris do-  
 nantis, seu meliorantis ex nostro text. ac proinde  
 erunt publicanda. Et pro hac sententia est text. in. l.  
 cum hic status. §. si donator. versic. si maritus. ff. de  
 donation. inter. qui text. difficilis est, & directo ei  
 contrarius, quem supra retulimus: & pro concordia  
 satis laborant Salicetus ibi, & DD. in. l. post contra-  
 ctum. ff. de donationib. Conanus lib. 8. commentar.  
 cap. 11. propè finem, qui tamen non tollunt difficul-  
 tatem. Tu dic, quod si delictum est tale, vt ipso iure  
 bona publicentur, donatio quoq; publicabitur, dicto  
 versic. si maritus, vbi ponitur duo casus, & in vtroq;  
 contingit publicatio ipso iure, vt in. l. 3. ff. de bonis  
 eorum, qui mortem sibi consciu. l. ex iudiciorum. de  
 accusat. §. 1. cum alijs. de publi. iud. Si verò sit tale  
 delictum, vt sententiam deportationis, aut aliam re-  
 quirat, tunc bona omnia non publicentur, sed dona-  
 tio causa mortis, aut facta inter virum & vxorẽ do-  
 natario relinquatur ex fauore & benignitate quadã,  
 per text. in. d. l. res vxoris, & per dist. l. sed si mors.  
 Quæ distinctio in nostra quæstione est aptissima, vt  
 scilicet donatio, vel melioratio relinquatur filio, nec  
 publicetur, eo casu, quo patris bona fuerunt fisco per  
 sententiam applicata, quasi minus possit sententia,  
 quam lex ipsa: & pro hac parte induco Bart. doctri-  
 nam per text. ibi communiter receptam in. d. §. sed  
 vtrum, vbi communiter DD. concludunt patre dam-  
 nato,

Meliora-  
 tio facta fi-  
 lio non cõ-  
 fiscatur pu-  
 blicatis bo-  
 nis patris.

nato, & eius bonis per fiscum occupatis, etiam ex  
 causa delicti, peculium tamen filio non auferri, &  
 est concors opinio ex supra allegatis, quæ cum fun-  
 detur in. d. §. sed vtrum, necessario debet intelligi  
 secundum text. ibi, quando propter sententiam con-  
 demnatoriam fiscus bona patris occupauit. Si ergo  
 peculium filio non auferetur, à fortiori non auferet-  
 ur donatio, seu melioratio, quæ melius ad filium  
 spectat, iuxta notata in. l. certum. C. fam. hercis. Nec 48  
 in contrarium quicquam facit. l. 1. versic. sed si alio.  
 ff. quando actio de pecu. per quam text. contra com-  
 munem tenet Fulg. in. d. §. sed vtrum. num. 4. Vigl. in  
 §. 1. num. 23. quibus non est permis. Quia responde-  
 tur, quod is text. non impugnat in totum commu-  
 nem opinionẽ, sed vno tantum casu, scilicet eo, quo  
 pater per sententiam amisit iura ciuitatis: sic intelli-  
 gitur alia communis, de qua supra: tunc enim cum  
 cesset patria potestas. §. cum autem. quibus mod. pa-  
 tria potest. sol. cessat quoq; in filio nomen peculij. l.  
 vltim. in fin. C. de inoffic. resolutio enim peculio, re-  
 periuntur omnia bona esse patris, non filij, & tanquã  
 pertinentia ad patris hæredes: ita etiam spectare de-  
 bent ad fiscum, qui loco hæredis est. l. 2. C. ad. l. Iul.  
 de vi publ. l. 10. tit. 2. p. 3. declarando, vt supra. Sed 49  
 hæc ratio cessat in nostris terminis, quia cessante pa-  
 tria potestate, incipit donatio ad filiũ pertinere iure  
 dominij ex præcedenti patris voluntate. l. donatio-  
 nes, quas paren. C. de donat. inter. l. 47. Tauri, ac pro-  
 pterea fortius dicetur condemnato patre, non au-  
 ferri filio donationem, secundum opinionẽ Gomez.  
 vbi supra.

Barto. do-  
 ctina in.  
 §. sed vtrũ  
 intelli-  
 tur.

# De successione patris in peculio profectitia.

50 **T**ertius effectus est, quod si filiusfamilie decedat viuo patre, intestatus, bona aduentitia transmittet in liberos iure hæreditario, non verò profectitia, auth. de hæred. ab intest. veniens. in princ. §. si quis igitur. coll. 9. *Nec enim* (vt inquit Paul. ad Cor. 12.) *debent filij patribus thesaurizare, sed parentes filijs* Bona profectitia reuertentur ad patrem iure peculij. l. 2. de castr. pecul. cū in his bonis nihil sit immutatū ex nostro tex. nec enim in eis poterat filiusfamilie habere hæredem: quod tradunt DD. in l. dos à patre. C. soluto matrim. l. illam. cap. de collat. Nec mirum videatur iure singulari id ipsum videri receptum in dote profectitia. iure successursum de iure dotium, vbi Pomponius: *Iure successursum est patri, vt filia amissa, solatij loco cederet, si redderetur ei dos ab ipso profecta, nè & filia amissa, & pecunie damnū sentiret.* Quoniam cum dotalia non in filiam dotalam, sed in maritum transeant matrimonij causa ad onera ipsius sustinenda. l. dotale. §. dotale prædium. ff. de fundo dotali. l. doce ancillam. C. de rei vindicatione. text. in princ. Inst. quibus alienare licet, vel non. Fit inde, vt quia dos profectitia non manet penes filiam, censeatur diuerso iure, quam cætera profectitia, argu. textus in simili. in l. sed et si pater. §. 1. ff. ad Macedon. idè in solatium filia amissa receptum sit, vt dos profectitia ad patrem dicatur iure singulari reuerti. At cætera profectitia non reuertuntur, sed iure peculij occupantur à patre, cuius sunt.

Paul. ad Cor. 12.

51 Quod

51 Quod iure Regio admitti debet, quando filius decesserit ante benedictiones Ecclesie, & nepotem reliquerit in aui potestate, secundum glossatores. l. 47. Tauri, & in terminis. l. 9. Tauri, & in Ordin. Portugaliæ lib. 4. tit. 71. in princ. & in fine. Neq; obstat, quod tunc bona vnus, & eiusdem hominis diuerso iure censentur, contra. l. eum qui. de vsucap. l. 1. & 2. de acquiren. hæred. Quia respondetur, quod si is filius habens castrensia, testaretur tam de aduentitijs, quam profectitijs, existimaretur tanquam hæreditas duorum hominum diuersorum, argum. l. si certarum. 18. §. 1. de milit. testam. & idem dicendum est decedente eo sine testamento, quoniam in persona hæredum nihil immutatur ex iure defuncti. l. 2. §. ex his. de verb. & sic tenendum est ad patrem pertinere iure peculij; aduentitia verò ad liberos iure hæreditario.

Pro explanatione. l. 47. Tauri, elegans animaduersione. Ordini Portugaliæ. l. 4. tit. 71.

52 **ET HINC** Infertur, quod cum iure nouo parentes simul ad hæreditatem filij admittantur ex. l. 6. Tauri, admittentur vtrique in aduentitijs. In profectitijs verò, solus pater, vt infra declarabo.

Pro declaratione. l. 6. Tauri.

53 Infertur etiam, quod cum filiusfamilie iure Regio testari possit ex. l. 5. Tauri. id debet intelligi in aduentitijs, quoniam profectitia ad patrem spectat, ex nostra lege. Nec enim credendum est legem Regiam concessisse filijs ius testandi de rebus alienis, quibus lex illa noluit præiudicari: & ita notabiliter resoluit insignis Emanuel Alphonus dominus, ac Præceptor meus, cuius publicis, ac domesticis doctrinis, & documentis à teneris vnguiculis suauiter fui imbutus, in priuatis apostillis ad hanc legem.

L. 5. Tauri. interpret.

H 2

R V R.

Pro decla-  
tatione. l.  
17. Tauri  
optima a-  
nimaduer-  
sio.

54 R. V. R. S. V. S. Infertur tertio, quòd licet pater fecerit meliorationem in fauorem filij, per donationem irreuocabilem inter viuos, iuxta. l. 17. Tauri, adhuc si is filius moriatur viuo patre, reuertetur melioratio ad patrem iure peculij; nec enim pertinebit ad vtrumq; parentem iure hereditario. Primò, quoniam licet reuocari non possit, non propterea dicendum est dominiũ absolutè & perfectè transiisse in filium ante mortè patris, cum melioratio habeat tacitam conditionem mortis, vt constat ex supra dicta. l. Tau. Secundò, quia cum talis melioratio profectitiorum numero censeatur, non differt ab alijs profectitijs, quamuis sit irreuocabilis: nam ea donatio, quæ facta est filio militi à patre ex causa castrèsi, irreuocabilis est, & in ea censetur filius tanquam paterfamil. vt in. l. 1. C. de castren. pecul. lib. 12. l. 2. ad Macedo. & tamen quamuis hic filius liberos relinquat, si moriatur intestatus, reuertetur ad patrè iure peculij. d. l. 2. de castren. pecul. Quòd iure Regio debet recipi quando is filius melioratus relinquat liberos in aui potestate, propterea quòd mortuus sit ante benedictiones Ecclesiæ, nisi habeat clausulam de restituendo, iuxta. l. 44. Tauri. Tunc enim fiet restitutio argum. l. quoties. de donat. quæ sub mo. Idem procedit si filiafamil. meliorata filios Vulgò quæsitos relinquat: licet enim hi filij iure Regio sint hæredes matris deficientibus legitimis hæredibus, vt in. l. 9. Taur. tamen non admittentur ad eam meliorationem, quoniam profectitia est, cum sit regula quod in profectitijs filiusfam. non habet hæredem, vt supra dictum est, & constat ex. d. authen. de hæ-

Pro inter-  
pretatio-  
ne. l. 9. Ta-  
uri.

ab

ab intestato venient. versic. si quis igitur, quatenus permittit, vt filiusfam. habeat hæredem; solum in ijs bonis, quæ secundum alias leges patris acquisitionem effugiunt.

58 PRAETEREA Infertur quarto, quòd licet donatio patris in filium iuramento firmata valeat, & debeat obseruari, secundum communem opinionem Bart. & aliorum in. l. frater à fratre. de cond. indebiti, quam etiam obseruant Abbas, & alij in cap. cum contingat. de iure iur. & tradit Dueñas regula. 219. ampliatione. 2. versic. pro qua opinione. tamen si filius moriatur relictis liberis, talis donatio tanquam profectitia ad patrem spectabit iure peculij, non ad liberos tanquam hæredes: nec enim in filium potuit dominium rei domatæ transire, quin etiam obstaret ius publicum patriæ potestatis, quòd priuatorum pactioibus tolli non potest. l. ius publicum. de pactis. c. si diligenti. de foro competenti.

L. 3. C. de  
bon. prof-  
criptor.

59 QUINTO Infertur, quòd licet filius habeat rem patris, seu ex donatione, seu ex peculio, cum libera administratione, adhuc tamen si filius committat delictum, propter quòd bona debeant confiscari, talis res, aut peculium patri, qui dominus est auferri non debet, vt est text. expressus in fortioribus terminis in. l. 3. C. de bonis proscripto. *Si filius tuus cum esset in potestate, in insulam deportari meruit, peculium eius, nec quòd ei militaturo donasti, auferri tibi debet.* Per quem ita est communis opinio, secundum Alex. in. l. si finita. §. si de vestigialibus. nu. 50. de damno infecto. Mari. Succi. consil. 77. volum. 2.

Prima pars  
De collatione peculij  
profectitij.

60 **Q**uartus effectus est, quòd mortuo patre, peculium profectitium venit diuidendum, vel conferendum inter liberos. l. certum. C. famil. hercis. *Certum est* (inquit text.) *liberorum peculia post mortem patris in hereditate diuidenda, ad communionem esse reuocanda.* Et est recepta Accursij sententia verbo transacto. in. l. i. C. qui admitti. vbi resoluunt omnes ex Caldas in. l. si curatorem. verbo læsis. fol. 347. col. 4. Corras. in expositione. l. frater à fratre. nu. 43. Nam & ea omnia, quæ habet filius ex donatione, vel ex causa dotis, vel ex alia causa confert. l. vt liberis. C. de collat. quod non procedit in aduentitijs ex. l. fin. C. eodem.

61 **I**N Quo articulo se offert quæstio maximè disputabilis, & satis cõtrouersa: Vtùm donatio simplex conferatur, & imprimis donationè simplicem non conferri, tenet communis opinio, quam refert Couar. in. c. Raynaldus. §. 2. num. 6. Gomez. in. l. 29. Taur. num. 26. Gregor. in. l. 3. titul. 4. part. 5. & in. l. 4. tit. 15. p. 6. & primo pro hac communi facit text. in. l. filix cuius. 18. C. famil. hercis. vbi inquit: *Filix cuius nomine pater res comparauit, si non postea contrarium eius iudicium probetur per arbitrium diuidendæ hereditatis præcipuas adiudicari sæpè rescriptum est.* Secundo facit. l. penultim. §. fin. per argum. ab speciali. C. de collat. *Si quid* (inquit Imperator) *huiusmodi accederit, iubemus ad similitudinem eius, qui ante nuptias donationem,*

re

De bonis qua liberis, &c. 32

vel dotem conferre cogitur, etiam illam personam, quæ nulla dote, vel ante nuptias donatione data, solam simplicem donationem à parentibus suis accepit, conferre eam, nec recusare collationem, eo quòd simplex donatio non aliter confertur, nisi huiusmodi legem donator tempore donationis suæ indulgentiæ imposuerit. Tertio, vrgens illa ratio adaptatur, quia huiusmodi donationes non valent in vita, sed post mortem patris: vt habetur in. l. donationes, quas parentes. C. de donat. inter. ergo, conferri non debent, iuxta regulam. l. à patre. l. nec emancipati. C. de collat. & confirmatur ex. l. Regn. 26. Taur. vbi per simplicem donationem censi factam meliorationem, quæ non confertur, sic cauetur: *Si el padre, o la madre en testamento, o en otra qualquier ultima voluntad, o por otro algun contracto entre vivos, hizieren alguna donacion a alguno de sus hijos, o descendientes, aunque no digan q̄ le mejoran en el tercio, o en el quinto, entienda se q̄ le mejoran en el tercio y quinto de sus bienes, y q̄ la tal donacion se cuera en el dicho tercio y quinto de sus bienes, en lo q̄ cupiere, para q̄ ni a el, ni a otro no pueda mejorar mas de lo q̄ mas fuere el valor del dicho tercio y quinto. Y si de mayor valor fuere, mandamos q̄ vala hasta en la cantidad del dicho tercio y quinto, y legitima de lo q̄ denian auer de los bienes de su padre y madre, y abuelos, y no en mas.* Cuius auctoritate idè determinat Ayora de partit. 2. p. q. 3. num. 6.

**E**T Retenta hac communi opinione, non obstant fundamenta, quibus contrariam nisi videtur gloss. 2. in fine. post Ioannem, & alios antiquos in authentica ex testam. C. de collation. Cuius lib. 3. obser. c. 3. & imprimis non obstat text. in. d. authent. ex testam. ibi, datorũ, cuius verba sunt hæc:

Auth. ex testam. C. de collat. int. rpretatur.

Ex

Prima pars

Ex testamento, & ab intestato cessat dotis, & aliorum datorum collatio; ita demum si parens hoc designauit expressim, alijs, quæ de collatione dicta sunt, suum robur obtinentibus. Nam communiter respondetur, vt intelligatur in donationibus propter nuptias, non in simplicibus; quoniam desumptus est ex authentico de triente & semisse. §. illud quoque. vbi Iust. exempli gratia proposuit data non decidendi causa: & sic datorum, id est similitium doti, quæ est communis expositio, vt per plures citatos à Dueñas regul. 222. Quæ confirmatur: quia dare, est transferre dominiũ. §. sic itaq; discretis. Instit. de action. quod in donatione simplici dici non potest, cum in vita patris non valeat, nec transferatur dominium. l. 2. C. de inoffic. donat. iuxta quæ intelligenda est. l. 29. Taur. ibi, y las otras donaciones, disponit enim in hunc modum. Quando algun fiyo, o fija viniere a heredar, o partir los bienes de su padre, o de su madre, o de sus ascendientes, sean obligados ellos y sus herederos a traer à collacion y particion la dote y donacion, propter nuptias: y las otras donaciones que huieren recebido, de aquel cuyos bienes vienen a heredar. Scilicet, vt loquatur de donationibus ob causam non de simplicibus, vt latè tradit Gomez. ibi num. 29. in fine. Tellus Ferdinan. num. 2. Suarez in. l. quoniam in prioribus. §. q. princip. post limitationes. col. 5. in prin. Couar. vbi suprà. nu. 8. rationem tamen discriminis inter donationem simplicem, & ob causam latè explicat Tell. ex num. 4. vbi suprà, & elegantius Duaren. in priori parte ad Pandectas, ad titul. de collat. cap. 2. & ex superioribus etiam venit intelligenda ordinatio Portugaliæ. lib. 4. titu. 77. §. 1. ibi,

L. 29. Tauri interpretatio.

Ord. lib. 4. tit. 77. §. 1.

De bonis quæ liberis, &c. 33

ibi, en qualquier outra maneria, quæ ordinatio videtur desumpta ex auth. ex testam. C. de collat. ibi, aliorum datorum. Vnde sicut ibi non comprehenduntur donationes simplices, vt suprà habes, videtur quòd hæc non comprehendantur in ordinatione.

SECUNDO Non obstat textus in. l. si donatione. C. de collatione. vbi Cæsares sic scripserunt: Si donatione tibi post mortem patris fundum quesisti, soror tua portionem eius vendicare non potest: nam si is filia familias constituta tibi à patre donatus est, cum sorore patri communi succedens, eum præcipuum habere contra iura postulas. Quia faciliè præter communè responderi potest, cum Cuiatio in notis ad Paulum lib. 6. sentent. tit. 11. & in commentarijs ad. l. 2. §. vlt. pro hærede, & in. l. 1. §. 1. ff. pro donato.

L. si donatione. C. de colla. interpretatur.

62 Sed certè contrariam sententiã aduersus communem, imò donationem simplicem esse conferendam ex professo, & cum magna animi deliberatione semper in scholis defendere Præceptores mei. Pro cuius rei euidèti cognitione primo constituendũ est opinionem communem aliam, quæ habet donationem simplicem morte patris confirmari, indistinctè & simpliciter non esse veram, attenda dispositione iuris antiqui, quoniam non confirmabatur, vt in. l. 2. §. filiam. vbi Cuiacius notat. ff. pro hærede. & in. l. si pater. ff. pro donato, & in. l. 4. §. fin. ff. pro suo. Ex quibus intelliges textum in. l. penult. ff. de collat. dotis, quatenus ibi contra donationem filia factam concedit text. reiuendicationè fratribus. Papinianus enim sic scriptũ reliquit: Pater nubenti filia quasdam res præter dotè dedit, eamq; in familia retinuit: ac fratribus sub  
I condi-

63

conditione, si dotem, & cetera, quæ nubenti tradidit contulisset, cohæredem adscripsit. Cum filia se bonis abstinuisset, fratribus res non in dotem datas vendicantibus exceptionem doli placuit obstare: quoniam pater filiam alterutrum habere voluit. Si enim morte patris confirmaretur donatio, filia statim domina fuisset, & ipso iure tuta esset, nec esset ei necessaria exceptio, de qua Papini loquitur. 64. Secundo, intelliges textum in l. 2. C. de inoffi. donation. quatenus ibi donatio immensa in filium facta, ita diuiditur in iudicio familiæ herciscundæ, ut fratri læso, tota legitima debeat adiudicari: nec enim quantum ad hoc seruatur patris donantis voluntas: inquit enim textus: *Si pater omne patrimonium suum impetu quodam immensæ liberalitatis in filium effudit: siue in potestate eius is permansit, arbitri familiæ herciscundæ officio congruit, ut tibi quartam partem debitæ ab intestato portionis præstet incolumem, &c.* Quod si talis donatio morte patris confirmaretur, nullo modo veniret diuidenda iudicio familiæ herciscundæ: sed rescindenda per quærellam inofficiosæ donationis, quemadmodum rescinditur illa, quæ confirmatur emancipatione (ut ibidem statim testatur Imperator in fine.) Igitur satis ex his omnibus constat donationem facta filio, morte non confirmari: Cæterum si pater donabat, & in ea voluntate perseuerabat, censetur præocupasse iudicium familiæ herciscundæ: ita ut arbiter teneatur sequi illius volütatem, filiusq; rem habeat magis ex diuisione patris, quàm ex donatione, ut constat ex l. quæ pater. la segunda. ff. fam. herciscundæ: *Quæ pater (inquit Papinianus) inter filios non diuisit post datas actiones vice diuisionis ad singulos pro-*  
*heredi-*

L. quæ pater. ff. fam. hercisc.

hereditaria portione pertinet, modo si cætera, quæ non diuisit, in vnum generaliter non contulit, vel res datas non sequuntur. Idem constat ex l. si filia. §. si pater. ff. famil. herciscund. l. si cogitatione. C. eodem. l. 2. eodem tit. in C. Gregoriano. Tradit Cuiac. ad Paulum lib. 5. sententiarum. tit. 11. vbi eum locū ita intelligit: & idem Cuiac. in nouella. 18. versic. 4. pars. Atque ita planè procedit. d. l. penult. ff. de collat. dotis, quatenus ibi filia donataria defenditur in donatione propter patris voluntatem: ita etiam procedit. l. filix cuius. supra allegata.

L. filix cuius. C. fam. herci. declaraf.

66 Sed cum autoritate iuris noui, de quo in l. donationes, quas parentes. C. de donation. inter virum & uxorem, cuius verba sunt hæc: *Donationes, quas parentes in liberos cuiuscunq; sexus in potestate sua constitutos conferunt, vel vxor in suum maritum, vel maritus in suam uxorem, vel alteruter eorum in aliam personam, cui constante matrimonio donare non licet, vel alia personæ in eam, cui donare non poterant: ita firmas esse per silentium donatoris, vel donatricis sancimus, si vsq; ad quantitatem legitimam, &c.* Nunc hodie cautum sit donationem patris confirmare morte ipsius, proculdubio dicendum est talem donationem, non obstare communi opinione conferendam esse: quoniam talis confirmatio retrahitur ad tempus donationis, ut apertè constat ex eodem textu ibi, *Et specialis confirmatio ad illud tempus referatur, quo donatio conscripta sit.* Et in l. finali. C. ad Macedo. ac proinde tanquam bona acquisita inter viuos conferri debent, iuxta text. in d. authentic. ex testam. C. de collat. in verbo, *datorum*, quod planè intelligitur ad differentiam relictorum. Quod autem



prædicta confirmatio retrotrahatur ad tempus celebratæ donationis, vt ibi, sentit etiam I. C. in. l. sequens. quæstio. 70. iuncta glos. in fin. ff. de legat. 2. & Pompon. in. l. sub cõditione. ff. de solut. tradit Aret. in. l. talis scriptura. ff. de legat. 1. Ias. in. l. si is qui pro emptore. nu. 110. ff. de vlcup. Decius in. l. illud. C. de collat. vbi omnes prædicti authores tenent prædictam confirmationem trahi retrò quantum ad dominium, vt fingatur filius dñs fuisse in vita patris. Et quamuis nonnulli pro constanti tenuerint eam retrotractionem non fieri, nisi quantum ad fructus, vt tradit Gomez. 2. tom. c. 11. num. 30. Padi. in. l. cum virum. num. 28. C. de fideicom. Gregor. l. 4. tit. 11. p. 4. ver. *en su vida*. Pinel. 2. p. de rescind. c. 4. nu. 51. Id tamen falsum est ex prædictis, & ex eo, quia erat impossibile eã retrotractionẽ fieri quantum ad fructus, quin etiam fieret quantum ad dominium. Nam si filius non potuit in vita patris dñs esse rei donatæ, non potuit esse possessor. l. stipulatio ista. §. hæc quoq;. de verb. ergo nec fructus acquirere, iuxta notata in. l. 2. C. de acquir. posses. ac proinde si fingitur fructus percepisse iure dominij, fingetur etiam dominus fuisse: ergo tanquam rem acquisitam in vita patris debet conferre: vnde cessat ratio suprã pro communi, tertio loco considerata, quin potius contra communem attento hoc iure, optimè retorquetur.

68. Nec quicquam facit text. in. l. si donatione. 13. C. de collat. quã suprã allegauimus, vbi idem ipsum cautum videtur de iure antiquo, quia relictis expositionibus Doctorum, quas ibi tradit Deci. nu. 6. Ias. nu. 2. relictã etiam expositione Cuiatij, quam scribit lib. 3.

observ-

observationẽ, cap. 30. dici potest in. d. l. si donationẽ, duos casus constitui. Primus est, quando filia post mortem patris quæruit fundum donatũ sibi in vita, & tunc præcipuus est ipsius filix ex iure antiquo. l. filix cuius. & dictum est supra. Secundus casus est, quando fundus donatus est filixfamil. constitutæ, & quæsitus in vita patris, quod aliter non fiebat, quam per emancipationem. l. donationem. 32. §. pater de donat. & tunc præcipuus non est, quia dubitari non potest etiam iure antiquo talem donationẽ in collationem venire. l. si emancipati. C. de collat.

69. VNDE IAM Huic verissimè resolutioni minimè aduersatur text. Vulgò non intellectus in. l. penult. C. de collat. pro communi opinione suprã adductus, tantum enim abest, vt pro communifaciat, quin potius verius sit contrarium ibi esse statutum. Nam Imperator ibidem nihil aliud intendit, quam excludere opinionem dicentium donationem simplicem non conferri. Dicebant enim donationẽ simplicem non conferri, nisi quãdo expressum fuisset: quod probabant ex eo, quia non imputatur, nisi quando expressum sit quod imputetur. ex. l. si quando. 35. §. finali. C. de inoffi. test. Quam collectionem reijcit Imperator ibi, dicens multa conferri, etiam si non imputentur: nec enim valet consequentia, non imputantur, ergo non conferuntur: aliàs enim sequeretur, quòd si vnus filius habeat donationem simplicem, alius verò donationem propter nuptias, hæc donatio conferetur, quia imputatur. l. quoniam nouella. C. de inoffi. illa verò non conferetur, quia nõ imputatur. d. l. si quãdo. §. fin. quòd tamẽ Imperator

Text. in. l. penult. C. de collat. Vulgò nõ adhuc intellectus re-stituitur.

Reprobatur nonnulli auctores Regni Castellæ.

*Prima pars*

ibi dicit esse absurdum, præcipiens collationem simplicis donationis non posse recusari eo prætextu, quod non aliter confertur, quam si expressum sit tempore donationis, ea enim allegatio filij recusantis collationem non proderit, & hæc est intentio Imperatoris ibi.

70 HINC Infertur, quòd cum. l. 4. tit. 15. p. 6. de sumpta sit ex text. in. d. l. penult. secundum communem intellectum, & is sit falsus, vt supra probatum est, nullo modo talis decisio seruari debet, quin potius seruanda sit decisio text. in. l. 3. tit. 4. p. 5. vbi expressè cauetur donationem simplicem factam filio in potestate conferendam esse, & idem cauetur in nostro Regno. lib. 4. tit. 77. §. 1. quæ sic debet intelligi, vt constat ex generalitate verborum, ibi: *de qualquier outra maneira*, & in. §. 4. & 5. cum sequentibus, vbi excipiuntur nonnullæ donationes simplices, ergo cæteræ simplices conferuntur ex. d. §. 1. & ita praxis obseruat in dicto Regno Portugaliæ.

Quo fit, vt licet attento iure communi contraria opinio sit recepta, in iudicando tamen, & consulendo hæc seruari debet iure nostro: quam etiam attento iure communi probat Cuiac. lib. 3. obseruat. cap. 30. & lib. 1. cap. 17. & hæc opinio secundum Præceptores meos Hectorem Rodericum, & filium eius Iureconsultos sapientissimos (qui hoc nouiter ante omnes dixerunt) probatur expresse in. d. l. 29. Taur. dum ait, dotem, & donationem propter nuptias, & alias donationes conferri: nec illud verbum, *outras donationes*, referri potest ad donationes ob causam, vt malè glossatores ibi tradiderunt, quoniam donatio ob

L. 29. Tauri interpretatio.

*De bonis qua liberis, &c.* 36

ob causam propriè & verè non est donatio. l. 1. & l. Aristo. ff. de donat.

72 Nec obest. l. 26. Tauri, dum ait, donationem simplicem censi esse meliorationem, quod si verum est, conferenda non est, quoniam melioratio non confertur. Respondetur enim reiectis conciliationibus aliorum, quas ponunt DD. ad. l. 29. Tauri, & Gregor. Lup. in. d. l. 3. veriorem esse interpretationem prædicti Doctoris Hect. Rod. in priuata lectura dict. l. 29. Tauri (quam publicè, & cum magno omnium applausu & consensu in scholis istis fuit interpretatus) dicentis text. in. d. l. 26. non simpliciter asserere donationem simplicem esse meliorationem, sed meliorationem esse quantum ad hoc, vt donator non posset alium filium meliorare, nisi in residuo tertij, & quinti: itaq; nihil probat. d. l. 26. quam quod donatio simplex debet deduci de tertio, & quinto: cui interpretationi rectè conuenit alia, quam ponit Palatius Rub. in repetitione cap. per vestras. §. 22. vbi tanquam vnus de conditoribus illius legis testatur textum illum debere intelligi, quando is filius, cui donatio facta est, habet præterea tempore mortis paternæ, suam legitimam aliunde: tunc enim talis donatio rectè appellabitur portio tertij, & quinti; alias enim si talis filius legitimam non habeat, tunc talis donatio imputari debet in legitimam, iuxta.

L. 26. Tauri interpretatur.

Barr. doctrinam in. l. in quartam. ff. ad legem falcidiam, quam refert.

Greg. vbi supra.

(.?.)

# SECUNDA PARS DE BONIS aduentitijs.

S V M M A R I V M.

73 *Aduentitium quid sit.*

*Aduentitia pertinent ad filiumfam. iure proprietatis, ita tamen ut ususfructus patri acquiratur.*

74 *Dos aduentitia in plenū ad filiam spectat, nec eius ususfructus patri acquiratur.*

75 *Vlpiani locus in fragmentis declaratur contra Goueanū.*

76 *Vsumfructum dotis aduentitiæ ad patrem spectare contra communem verius videtur.*

77 *Quod filiusfam. ali seruiendo meretur aduentitium erit.*

78 *Filiusfam. datum ex conuentione, vel transactione, vel ex iudicis sententia in compensationem acceptæ iniuriæ aduentitium dicitur.*



SECUNDA Pars huius legis est in versiculo, *Non ex substātia:* quæ verba manifestè denotant aduentitium esse illud, quod profectitium non fuerit, ut sit videlicet, quod nec à patre, nec à militia armata, siue togata filio obuenerit, ut in

.l. vlt. infra eodem, prosequuntur Bart. Corraf. in. l. frater à fratre. ff. de condit. indeb. Caldas in. l. si curatorem

L. vlti. C. de bo. que liberis.

ratorem habens, verb. læsis. num. 124. Aſcan. de patria poteſta. eff. ctu. 2. Menoch. de ſucceſ. progreſſu. lib. 2. §. 29. num. 69. Matien. ad. l. 9. gloſſ. 1. tit. 1. lib. 5. Ordin. Navar. in manual. c. 17. num. 143.

74 Q V I B V S Obſerua autoritate huius legis aduentitia ad filiumſam. iure propriæ ſtatitæ pertinere, ita tamen vt uſuſfructus patri acquiratur. Quod primo limita non procedere in dote aduentitia, quæ cū iure digeſtorum patri non quæreretur, vt notât communiter D D. à contrario ſenſu in. l. 2. §. quod ſi in patris. ff. ſoluto matrimonio. & reſoluit Iaſ. ibi. num. 15. & Ripa. num. 29. conſequens videtur attenda deſiſſione huius text. qui ſtatuit (quod ſolus uſuſfructus patri quærat̄ earum rerū, quæ antea in plenum patri quærebantur) dotem aduentitiã in plenum ad filiam pertinere, nec eius uſuſfructum patri acquiri: & ita eleganter deducit Iaſ. in. l. 19. Socin. nu. 2. Dec. in authen. quod locum. num. 6. C. de collat. Crotus in. l. frater à fratre. num. 66. ff. de conditione indeb. Bald. nouellus tractat. de dote. 6. par. priuilegio. 33. Riminal. in. l. filix dotem. num. 6. C. de collat. & fuit opinio Bart. in. l. contra nurū. §. quoties. ff. de actione rerum amotarū, quem refert Boërius deſiſſion. 195. num. 3. 1. part. Nec in contrarium me mouet quod ait Goueanus lib. 1. variarum. cap. 44. dotem aduentitiã fuiſſe olim communem patris & filix ex Vlpian. in fragmentis. tit. 6. Vnde videbatur corruere argum. communis opinionis, quia reſpondetur ſolum Vlpianum probare, nec filiam ſine patre, nec patrem ſine filia poſſe agere: id enim contingebat ex eo, quod filiusſam. non poteſt eſſe in iudicio ſine patre,

patre, ſuo nomine. l. filiusſam. 8. ff. de actionibus, & obligat. Vnde oportebat & patrem agere nomine, & voluntate filix, nè ipſe forte dotem diſſiparet, vt in dote profeſtitia cauetur in. d. l. 2. §. quod ſi in patris. & in. l. dotem. 38. ff. ſolut. matrimon. Cæterum aduentitiæ dotis actio ad filiam ſolam expectabat ex dict. §. quod ſi patris. à contrario ſenſu, & ex. l. Caius. 46. ff. eodem. nec enim conſolidabatur in patrem quemadmodum profeſtitia. l. ſi ſocer. 45. l. in inſulam. ff. ſolut. matr.

76 S E D Tamen hæc communis opinio placere domino meo non potuit. Verius enim ei viſum fuit uſuſfructum dotis aduentitiæ ad patrem ſpectare ex noſtro textu: nam licet conſtante matrimonio, dos filix fuiſſet. l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor. in fin. quo ſenſu dicitur capax dotis. l. Pomponius. Philadelph. 36. ff. famil. herciſc. in fi. idq; ex eo, quia interim exiſtit penes maritum. l. ſi is qui. 57. §. vbi dos. ff. de iure dot. text. in princ. Inſtit. quibus alien. licet, ac ideò ceſſabat patris acquiſitio. l. profeſtitia. 5. verſic. ſi forte. de iure dot. l. ſiue vxor. 35. ff. de donat. inter. idq; argum. text. in. l. ſed ſi pater. 11. §. 1. ad Maced. ceſſat enim ratio legis tertix. §. verbum poteſtatis. de donat. inter virum. tamẽ facta dotis reſtitutione, iuxta. l. 2. ſoluto matrimonio, nemo doctus negabit eam acquiri patri ſuo, ſecundum tempora digeſtorum, ex. l. placer. atque ideò fatebitur neceſſario in eiſdem terminis acquiri patri uſuſfructum ex noſtro textu. Nec obſtat. l. Caius, quia reſponderet actionem dotis competere filix, cū eſſet eius proprium patrimonium. dict. l. 3. §. ſed vtrum, Cæterum

non negatur ibi patriæ potestatis acquisitio, vt infra latius videbis.

77 Exemplum autem præter alia vulgaria peculij aduentitij, erit in salario, quod filiusfam. ali seruido meretur: quod quidē sibi quo ad proprietatem; vsumfructū vero patri acquireret, vt contra Alciatum benè resoluit Antonius de Lara in l. si quis à liberis. §. sed si filius. num. 136. cum sequent. de liber. agnos. & inducitur. l. Regia. §. ibi, *por obras de sus manos*, titul.

Ponderatur. l. 5. tit. 17. p. 4.

78 **S E C V N D V M** Exemplum vtilissimum est in eo, quod filiofam. datum est, vel ex conventionē, siue transactione, siue ex iudicis sententia in compensationem acceptæ iniuriæ: quod quidem aduentitium esse probari potest à sufficienti partium enumeratione: & id securè neminem referēs obseruat Pinel. in. l. 1. 3. p. num. 105. C. de bonis mar. ex definitione huius. l. in prin. & iurium similia. Quæ tamen sententia videtur habere difficultatem propter. l. 1. verf. vsq; adeò. & l. sed si eius. 17. §. filiofam. de iniurijs, vbi patri cōpetit actio propter iniuriam filio illatam, quæ ex Bart. in. l. interdum. §. qui furem. de furtis. & ex cōmuni opinione, de qua per Couar. lib. 2. var. cap. 10. num. 7. principaliter competit ad vindictam, incidenter autem ad pecuniariæ iniuriæ persecutionem: consequens est id totum patris fieri, argumento elegantis. l. 3. §. emancipatos. de collat. bon. vbi filius emancipatus, qui actionem habet iniuriarum, ideò ex ea acquisitum, alijs fratribus non confert, quia illa actione magis prosequitur vindictam quàm pecuniam; multoq; magis id videtur recipien-

L. 1. verf. vsq; adeò. ff. de iniurijs.

cipiendum in patre, vt quod acquisierit omninò sibi acquirat, quia venit in cōsequentia vindictæ, & propriæ actionis. Nec obstat si ex aduerso dicatur prædicta iura intelligi de seculo Iureconsultorum, quo tēpore bona aduentitia in usu non erant, prout nunc considerantur in acquisitione filij, vt aduertebat Decius in. l. nemo. in princip. C. qui testam. facer. poss. nam & adhuc pater pro filio iniuria afficitur: quoniam etiam eo casu, quo actio iniuriarum filio competebat ex. l. in personā. 30. ff. de pactis. l. sed si eius. §. penult. in fine. de iniurijs, adhuc tamen patri reus iniuriosus condemnandus erat in id, quod intererat. l. eum, qui nocentem. 14. versic. si nupta. de iniurijs: vnde etiam consequenter fit posse hodie patrem pro sua parte iniuriam filio illatam remittere, licet pecuniaria æstimatio filio, & nō patri queratur, cum eū pater & filius vna & eadem persona censeatur, negari non potest, quin pater etiam iniuria afficiatur, vt pro ea & hodie agere possit, quidquid Hostiens. in summa de iniurijs, Cuius meminit Boërius decis. 120. num. 2. & tradit Octavianus Vulpelus, tract. de pace. q. 8.

**Sequuntur nonnulli effectus**  
resultantes ex proprietate filij in  
bonis aduentitijs.

**S V M M A R I V M.**

79 *Mortuo filio habenti bona aduentitia, ea ad liberos pertinebant, & ijs non extantibus, ad fratres, fratribus verò deficientibus, ad parentes.*

Secunda pars

- 80 Iure nouissimo authenticorum concurrat pater cum fratre in bonis filij.
- 81 De iure Regni in successione filij, præferuntur ascendentes exclusis fratribus.
- 82 Nouus intellectus ad textum in principio, Instituta quibus non est permissum facere testam.
- 83 Differentia, an succedat pater iure peculij, an iure hered. remissive.
- 84 Textus in l. 3. C. de bonis proscriptor. procedit etiam hodie contra Angel. & complures, quos defendit Caldas.
- 85 Filius famil. licet habeat proprietatem aduentitiorum, tamen si committat delictum, propter quod bona eius debeant fisco applicari, non confiscantur aduentitia.
- 86 Intellectus ad l. si postulauerit. 27. §. iubet. ff. ad l. Iuliam de adulterijs.
- 87 Quando prohibitio fit in fauorem tertij, censetur quoq; prohibita alienatio necessaria, saltem ea, quæ fit mediante delicto.
- 88 Aduentitia, in quibus pater non habet vsumfructum, filius alienare potest sine patris consensu.
- 89 Bona aduentitia delinquente, filio fisco esse applicanda, defenderunt viri magis ingeniosi.
- 90 Diuersum est prohibitionem esse in rem, aut esse in personam.
- 91 Filius sine consensu patris, vel etiam minor. 25. annis sine curatoris consensu ingrediendo monasterium, transfert omnia sua bona in monasterium.
- 92 Alienatio, quæ fit ex delicto, est necessaria, & nunquam censetur prohibita.

ad l. 89.

De bonis qua liberis, &c. 40

- 93 Iure digestorum, nec iudicium, nec vlla obligatio poterat inter patrem, & filium existere.
- 94 Attenta dispositione nostri textus, poterit inter patrem & filium ciuilib consistere obligatio.
- 95 Bart. sibi ipsi contrarius existimauit, nec hodie naturalem obligationem inter patrem & filium oriri.
- 96 Pater poterit filio ciuilibiter obligari ex communi opinione, filius vero patri non poterit ex alia communi.
- 97 Intellectus ad l. Labeo. §. contractum. ff. de verborum signific.
- 98 Aduentitia non conferuntur.
- 99 Si pater in emphyteusi non empta, nec à se meliorata filium suum nominauerit, filius nõ tenebatur eam conferre cæteris fratribus, nec imputare.
- 100 Ampliatur supradicta opinio etiam si in vita eam emphyteusim filio tradiderit reseruato sibi vsumfructu.
- 101 Limitatur tamen si emphyteusis sit hereditaria.
- 102 Emphyteusim nominationis pro se, & liberis, non tamen antiquam, sed ab ipso patre defuncto acceptam iure communi magis videtur conferri, & imputari debere.
- 103 Contrariam tamen sententiam magis videtur approbasse ordinatio Portugalia, & est verissima.

Prima pars  
Quomodo succedatur filio  
famil.in peculio aduentitio.

79



R I M V S Effectus ex proprie-  
tate filij in bonis aduentitijs erit,  
quod mortuo filio habenti bona  
aduentitia, ea ad liberos pertine-  
bunt, & ijs non extantibus, ad fra-  
tres: fratribus verò deficientibus,  
ad parentes: vt cauetur in. l. finali.

L. fin. C. cõ  
munia. de  
succes. in-  
telligitur  
cõtra Do-  
ctores.

C. communia. de successione, ampliante legem  
quartam, supra hoc titul. ad cuius decisionẽ se refert  
Imperator in. §. sub hac. infra hac. l. Neq; intelligas  
his locis primum inductum fuisse, vt filiusfamil. ha-  
beret hæredem, prout communiter putant D D. in. l.  
3. supra eodem, & alibi sæpè. Fulgo. in di. l. 4. Nam  
eo ipso, quod filiusfam. habet rerum proprietatem,  
consequens & necessarius effectus est, vt in his habeat  
hæredem, cum successio in ius defuncti nihil aliud sit  
quàm hæreditas. l. nihil aliud. 24 ff. de verb. signific.  
oportuit tamen id exprimi, propterea quòd si non  
exprimeretur, posset admitti pater, tanquam proxi-  
mus agnatus, iuxta regulam. l. 12. Tabul. quæ habe-  
tur in. l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verbor. signif.  
Mens igitur Imperatoris in his locis hæc est, vt quẽ-  
admodum olim in hæreditate filij defuncti, qui sui  
iuris esset, patri præferabatur frater, aut soror defun-  
cti, iure consanguinitatis. l. 2. §. si sit consanguinea. ff.  
ad Senant. C. Tert. ita etiam hodie idem seruetur in  
bonis aduentitijs filijfam. vt frater patri præferatur,  
& fra-

De bonis qua liberis, &c. 41

& fratre deficiente, iure communi admittatur pa-  
ter vt in principio Instit. quibus non est permiffum fa-  
cere testamētum, hoc est tanquam proximus ag na-  
tus: est enim pater agnatus filio suo, ex Cuiacio  
nouel. 118. Quod ius agnationis antiquum & com-  
mune est, ius verò consanguinitatis postea introdu-  
ctum, & particulare, vt tradit Vlpian. in frag. tit. 2. 6.  
& constat ex. l. 1. §. post suos. ff. de suis, & legitimis  
hæredibus. Succedit ergo pater tanquam hæres, non  
verò iure peculij, vt dicebat glossa in dicto princi-  
pio, & tenet Fulgos. & alij in. l. 4. supra eodem. Nec  
quicquam facit text. in. l. 2. de Castr. pecul. quia lo-  
quitur in bonis, in quibus solùm filiusfamil. habebat  
administrationem, non verò dominium, vt infra la-  
tius dicemus.

80 Iure verò nouissimo concurrat pater cum fra-  
tre, vt in authen. de functo, & in corpore, vnde sumi-  
tur. C. ad Tertul. ita tamen, vt in portione fratrum  
pater non habeat vsumfructum, authen. item hære-  
ditas. infra hac. l. correcta in hoc decis. l. fin. C. ad  
Tertul. tradit Cuiacius vbi supra. Quibus obiter ob-  
serua textum illum in prædicta anthen. item hære-  
ditas, tantum procedere in casu, quo loquitur, scilicet  
in hæreditate fratris, vel sororis, quasi secus sit in  
hæreditate alterius extranei, vt tradit Corneus re-  
probata glossa ibi in versiculo forsan, secundum Ir-  
nerium: quem sequuntur Salicet. & Paul. nu. 5. Bart.  
consil. 118. Bald. consil. 324. lib. 5. Baptista in. l. fratre.  
à fratre. nu. 103. ff. de cond. indeb. Nam Cornei opi-  
nio verior est, & in praxi seruanda, quam contra di-  
ctam glossam tenuerunt Cinus, & Fulgos. ibi. Palrif.

L. 2. de ca-  
stren. pec.

Authen.  
item hære-  
ditas. infra  
hoc tit. ex-  
plicatur.

L consil.

consil. 129. num. 7. lib. 1. Roland. consil. 95. num. 48. lib. 1. Hyppol. Rimin. in. §. 1. nu. 111. Instit. per quas personas. Gomez. in. l. 48. Taur. num. 12. Crotus in. d. l. frater à fratre. num. 52. quos sequebatur in lignis quondam Præceptor meus Anton. Solisius I. C. sapientissimus, ac huius ætatis iuris prudentiæ lumen, admirabilisq; sanctitatis & virtutis exēplum, in interpretatione, quā nobis publicè dictabat. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posth. Pro quibus optimè facit text. in auth. de hæred. abintest. venientib. §. si igitur. el primero, coll. 7.

Pro expli 81 Postremò tamen de iure Regni in successione catione. l. filij præferuntur ascendentes exclusis fratribus, vt in 6. Taur. l. 1. & 4. tit. 1. 6. Taur. l. 1. & 4. tit. 8. lib. 5. nouæ Recopil. & in Regno Portugalix, lib. 4. tit. 75. Nec dubitari potest quin eo casu, quo pater admittitur, iure hæreditario admittatur, non verò iure peculij.

82 Ex quibus infertur intellectus ad textum in princip. Instit. quibus non est permiff. fac. test. dū ait, filiosfam. mortuo intestato, illius bona pertinere ad patrem, *iure communi*, quæ verba licet glossa ibi intelligat, id est, *de iure peculij*, tamè ex supradictis procedere non potest. Vnde dicendum puto ea verba maximū iuris mysterium in se continere, nam si filius habeat bona castrensia data à patre, habeat etiam alia aliunde acquisita ratione militiæ, eo mortuo, cessat nomen & priuilegium peculij castrensis. l. per procuratorem, alias incipit Paul. 99. ff. de acquir. hæred. illa, quæ patris fuerunt, spectabunt ad eundē patrē, *iure peculij*, id est, quasi sua semper fuissent. l. 2. ff. de castr. pecu. quoniam in nihil est immutatū iure nouo ex nostro text.

text. alia verò aliūde acquisita pertinebūt iure hæreditario. d. §. sub hac. Atq; vtroq; casu verum est dicere, quod iure communi admittatur secundū prædicta. Quare in his bonis aduentitijs ratione militiæ sibi acquisitis, si filius testatus fuerit, habebit querelā pater, vt in auth. vt cū de appel. cognos. §. sancimus. collat. 9. & in auth. presbyteros. in fin. C. de Epif. & Clericis. Cū enim in his bonis sit verus hæres, ab intestato, habebit querelam contra testamentū filij inofficiosum. l. nā, & si parētibus. ff. de inoffi. in alijs verò bonis datis à patre ob causam militiæ, quæ & sunt castrensia, vt in. l. 1. C. de castrenf. peculio. lib. 12. pater querelam non habebit, etiam ex iure nouo, vt in. l. fin. in fine. C. de inoffi. testamento. Cū enim in his bonis abintestato non sit hæres, non potest queri de filij testamento, nec enim queri possunt de testamento inofficioso, nisi qui abintestato sunt hæredes. l. posthumus de inoffi. idq; operatur priuilegium bonis castrensibus concessum, vt de ijs filius disponat liberè sine metu querelæ. Differētiā verò an succedat pater in iure peculij, an iure hæreditario, ponit Ias. & alij in. l. scimus, & in. l. si infanti. C. de iure delib. & nos infra latius dicemus in. 3. p. de castrensi peculio.

84 Ex quibus infertur valdè deceptos fuisse Angelum in. l. si filiusfam. nu. 2. de damn. infect. & Romanū in. l. si finita. §. si de vectigalibus. nu. 15. eodem titul. Crotum in. l. frater à fratre. num. 34. de cond. indeb. Gomez. 2. tom. var. c. 15. num. 14. Simancas in Cathol. inst. c. 9. ex num. 13. quos etiam constanter defendit Caldas in. l. si curatorē. verb. læsis. num. 93.

Pro interpretatione l. 3. C. de bon. prof. contra cōplures auctores adnotatio.



Quemada. q. i. 9. fiscali, dum prædicti D D. docent quod cum hodie pater succedat filio tanquam eius hæres, ex authen. defuncto, supra allega. & glossa recepta in. l. pater, qui castrensi. 17. de peculio castr. nō procedat text. doctrina in. l. 3. C. de bonis proscr. *Sifilius tuus* (inquit Imperator) *cum esset in tua potestate, in insulam deportari meruit, peculium eius, nec quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet.* Vbi patet propter delictum filij peculium castrense non confiscari: illud enim occupat pater iure peculij. Nam verius & receptius est textū illum etiam hodie procedere, cum pater etiam nunc succedat in multis iure peculij, vt supra proximè probatum est: nec enim ille textus inuenitur correctus, vt resoluit Alexand. in. d. §. si de vectigalib. num. 49. Boërius decis. 7. num. 14. Couar. lib. 2. variar. cap. 8. num. 7. doctissimus Emanuel in. l. qui duos. §. cum in bello. verbo patris. num. 11. de rebus dubijs. Nec obstat. l. 6. Taur. ibi, *de qualquier calidad*, propter cuius verbi difficultatem contrarium resoluebat Gregor. in. l. 6. glossa vltim. tit. 17. par. 4. quia respondendum est textum illum necessario intelligi in aduentitijs cuiuscunq; qualitatis sint: id est, quocunq; modo fuerint ea filio acquisita, siue ex sua industria, siue ex nuptijs, siue ex alterius beneficio, vel successione ei donata, vel relicta, nec quidē mirum si lex illa generaliter loquens restringatur sic de habilitate iuxta. l. vi gradatim. 11. versic. & si lege. ff. de maneribus & honoribus. de qua Gomez. in. §. actionum. num. 22. Instit. de actionibus. & Tiraquel. congerens plura de retractu. §. 1. glos. 7. nu. 27. quia alias maxiam totius esset iuris conuersio, quod de sapientis-

Explicatio elegans præter eius in terpretes ad. l. 6. tau ri.

sapientissimis illius legis conditoribus præsumi non debet, & sic hic est illius text. verus intellectus, vt præmissimus supra, num. 52.

## De confiscatione peculij aduentitij ex delicto filijfam.

85. **S**ECVNDVS Effectus est, quòd filiusfamil. licet habeat proprietatem aduentitiorum ex nostro textu, tamē si committat delictū, propter quod debeant eius bona fisco applicari, non confiscabuntur aduentitia, nec patri auferentur, argum. text. in. l. fin. §. filijs autem. infra hoc titulo, ibi, *citra voluntatem*, iuncta regul. l. Imperator. 12. & ibi Bart. ff. de fideicom. libert. habetur in. l. Staius Florus. §. Cornelio foelici. ff. de iure fisci, tradit Anton. Gomez. in. l. 40. Tauri. num. 92. & est text. in. l. si marito. 32. ff. solut. matrim. & probat text. à fortiori in. l. 3. C. de bonis proscr. quam supra allegaui, considerando etiam ibi particulam, *Nec*, quæ casus minus dubitabiles folet implicare, ex citatis ab Euerard. loco. 110. quippè cum filius minus habeat in aduentitio, quàm in castrensi. Quam sententiam tenuit Bart. in. l. si finita. §. si de vectigal. num. 12. ff. de damno infect. receptus ex Alex. ibi. num. 44. Paris. consil. 157. Riminal. in. l. 1. num. 446. C. qui admitti. Suarez in. l. post rem iudicatam. casu. 13. nu. 6. Marian. Socin. consil. 77. tradit Couar. lib. 2. variar. cap. 8. num. 7. Costa in. l. qui duos. §. cum in bello. num. 11. ff. de rebus dubijs, quid quid perperam Simanc. in Cathol. instit. tit. 9. num. 18.

Subtiliter ponderat text. in. l. 3. C. de bon. proscr.

- 86 Et retenta hac parte, non obstant duo argumēta, quibus contrarium nituntur probare. Alberic. & Faber in. l. si quis in tantam. C. vnde vi. Ripa in. c. sarpē. nu. 76. de restit. spol. Primo, ex text. in. l. si postulauerit. 27. §. iubet. ff. ad. l. Iuliam. de adulterijs, vbi propter delictum confiscatur etiā res, in qua quis habet proprietatem solūm, licet alius habeat vsumfructum. Secundò, quia huiusmodi alienatio censetur necessaria, de qua prohibitio tex. in. d. §. filijs autē intelligi non debet, arg. l. 3. §. si. de rebus eorum. l. alienationes. ff. fam. hercis. l. qui solidum. §. prædium. ff. de legat. 2. Quia ad primum respondetur, procedere in eo, qui liberè alienare potest, non autē in eo, qui sine alterius consensu alienare non potest. Soc. Iun. conf. 77. nu. 7. lib. 1. Ad secundū responderetur, quod hæc prohibitio facta fuit in fauorem patris, & quādo prohibitio fit in fauorē tertij, censetur quoq; prohibita alienatio necessaria, saltem ea, quæ fit mediāte delicto. Bar. in. d. l. si quis in tantā. nu. 12. Alciat. respon. 522. nu. 3. resoluit insignis Barbosa in. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infe. et. Limitatur tamen hæc communis in aduentitijs, in quibus pater nō habet vsumfructum, de quibus per glossam in auth. item hæreditas. infra. & in ordinatione. Portugaliz, lib. 4. tit. 78. Nā hæc filius alienare poterit sine patris consensu, auth. vt liceat matri & auiz. in princ. col. 8. Vnde à cessāte ratione, de qua suprā prædicta bona venient in confiscationē, & ita Crotus in. d. l. frater à fratre. nu. 35. Paris. vbi suprā ex nu. 11. lib. 4. Menoch. de recuper. poss. remed. 9. ex nu. 84. quicquid Ruinus consil. 24. ex nu. 9. lib. 5. Socin. Iun. vbi suprā ex nu. 8. lib. 2. per text.

text. in. d. l. 3. C. de bonis proscrip. cuius verba suprā retulimus. Cui tu respondeas eam legem procedere ex ratione. l. 2. de castren. pecul. Quæ ratio cessat in aduentitijs.

89 V E R V M Enimuerò præstantissimus ille Emanuel Præceptor meus, cuius opiniones tāquam magis ex principijs iurisprudentiæ deductæ, mihi præ oculis habentur in lectura priuata, quam fecit super hanc legem indistinctè contra communem defendit, scilicet, cum hodie filius habeat bonorum aduentitiorum proprietatem ex nostro textu, consequenter delinquendo eo, fisco esse applicanda, propterea, quod fiscus succedit in omnia iura condemnati. l. si adeptis. C. de sententiam passis. l. de portatorum. C. de poenis. l. ex iudiciorum. de accusa. à qua regula non potest discedi sine lege expressa. & hanc opinionem tenuit etiam Cinus, & Fulgofius in dict. l. 3. & in puncto iuris veriore esse affirmat doctissimus Costa vbi suprā num. 10. sentit Cuiacius in. §. igitur. Instituta per quas personas nobis, respondentes ad textum in dict. l. 3. C. de bonis proscrip. bona castrensia non potuisse parri auferri, propterea, quod olim ad patrem spectabant iure proprietatis, solūmque filius habebat administrationem ex Imperatorum constitutionibus, vt latius dicemus in. 3. p. huius textus de castren. pecul. ac propterea ex delicto filij, illa bona non potuisse ad fiscū pertinere, cum patris essent, non filij, cæterum illius text. doctrinam in aduentitijs non procedere, cum propria filij sint, vt dixi.

l. 3. C. de bon. proscrip. interpretatio.

L. Imperator. ff. de fideicom. l. bert. expilatio.

90 Nec item hanc sententiam impugnare videtur text. in. d. l. Imperator, cum similibus adductis pro communi opinione, quoniã Modestinus ita scribit: *Imperator Antoninus, cum Firmus Titianotragædos tres legasset, & adiecisset, quos tibi commendo, ne cui alij seruiant, publicatis bonis Titiani, rescripsit debere eos publicè manumitti.* Nam prædictum argumentũ procedit quando ipsa bona erant prohibita alienari. tunc enim nec ex delicto possunt alienari. At in proposito non prohibentur alienari bona filij, sed ipse filius alienare prohibetur, & est prohibitio personalis, non verò realis: vnde non censetur prohibita alienatio, quæ fit ab ipsa lege, nec enim hîc filius alienat, sed ipsa lex: ac propterea cessat prohibitio. arg. l. more. de acq. hæ. & l. furiosus. de actio. & obligat. & eadẽ ratione hîc filius, etiam sine cõsensu patris, vel etiam minor. 25. an. sine cõsensu curatoris ingrediendo monasteriũ, transfert omnia sua bona in monasterium, propterea, quod talis alienatio fit ab ipsa lege. authen. ingressi monasterium. C. de Sacros. Eccles. c. in præsentia. de prob. vbi id ipsum tenent DD. & si alia ratione moueantur, vt ibi tradit Dec. nu. 35. Speculator. tit. de statu monach. nu. 9. Facit etiam, quod alienatio, quæ fit ex delicto, est necessaria, vt habet in. l. peto. 71. §. prædium. de legat. 2. talis alienatio nunquã censetur prohibita. l. alienationes. 13. ff. famil. hercis. tradit Caldas Pereira in libro suo de renouatione emphyteutica. q. 16. nu. 39. ad fin. Quæ opinio licet ita cum ingenio & subtilitate defendatur, à priori parte communi iudicando & consulendo non esse temerè discedendũ, magis placet ex rationibus supra allegatis.

De

De obligatione inter patrẽ, & filium in aduentitijs.

TERTIVS Effectus est, quod licet iure digestorum nulla possit esse obligatio inter patrem, & filium, ex. §. item inutilis. de inur. stip. cuius verba hæc sunt. Item inutilis est stipulatio, si vel ab eo stipuleris, qui tuo iuri subiectus est, vel si is à te stipuletur, &c. constat etiam ex. l. 6. tit. 11. p. 5. cum ad contrahendam obligationem distinctio personarum requiratur. l. 2. de stipulatione seruorum, quæ non reperitur inter patrem, & filium, vt de ducitur ex. l. 57. §. 1. de fideiuf. & ex Aristot. lib. 1. Magnorum Moral. cap. 34. nec pater filio, aut filius patri quidquam dare potest, quod non sit ipsius patris. l. placet. de acquir. hæred. & inde fit vt inter patrem & filium non possit esse emptio, nec venditio. l. 2. de contrah. empt. nec vllũ iudicium. vt in. l. lis nulla. 4. & in. l. si à me. de iudicijs, de quib⁹ Cuiac. lib. 9. obseru. c. 13. Vaconius, lib. 1. declar. cap. 9. & lib. 4. c. 57. Tamen hodie cum filius sit capax acquisitio- 94 nis, sequitur necessario inter patrem & filium super omnibus aduentitijs consistere quilem obligationem; vt per legem iubemus. §. 1. C. ad Treb. tenet Bar. in. l. frater à fratre num. 16. post glossam ibi de cond. indebiti. & est communis opinio secundum Ias. ibi in lectura num. 37. & in repetitione num. 28. Baptista. nu. 40. Pro qua opinione vltra adducta per DD. vbi supra, vide bonum text. in. l. fin. ibi, *Quasdam actiones.* C. de dotis promissione.

Arist. li. 1. Mag. Moral. c. 34.

Cõmunis opinio.

M

95. SED

## Secunda pars

SED adhuc contra hoc grauer vrget, videtur  
95 enim, quod nec obligatio naturalis consistere possit  
ex eo, quia iure isto pater est legitimus administra-  
tor bonorum filij. l. fin. §. filijs autem. infra hoc tit. &  
contrahēdo cum filio, fiet author in re propria, quod  
est absurdū. l. i. de author. tut. per quē tex. tenet hoc  
Barto. sibi ipsi contrarius, nec naturalem obligatio-  
nem oriri inter patrē & filium in aduentitijs, & idē  
Barto. in l. tam is. §. i. de donat. causa mortis, & est cō-  
munis secundum Soci. in l. r. §. fuit quæsitum. ff. ad  
Treb. quo tamen argumento non obstante, Balduz,  
& Paulus in l. seniū. C. qui test. fac. & alij quos refer  
Tiraq. de iure maritali glos. 6. vers. *Sed in hoc*, defen-  
dunt in proposita specie filium patri etiam ciuilitur  
obligari, limitantes regulam in d. l. r. de auth. tu. ra-  
tionibus de quibus per eos quos repetit idē Bald. in  
l. pactum. quæst. 21. C. de col.

Bart. sibi  
cōtrarius.  
Cōmunis  
sententia  
contraria.

Limitatio  
l. r. de au-  
thor. tut.

96 TV VERO dic patrem obligari posse filio ci-  
uilitur ex prædicta communi opinione, filium vero  
nō posse ex alia communi: quas sic ex mente Barto.  
obseruat Fulgo. in d. l. frater à fratre col. 3. & Paulus.  
nu. 16. nec est inconueniens contractum ex parte fi-  
lij claudicare, quia id regulare est, quoties vnus ex  
contrahentibus ex consensu suo non potest obliga-  
ri. l. Julianus. 14. §. si quis à pupillo. ff. de action. empti.  
*Si quis* (inquit Vlpianus) *à pupillo sine tutoris autoritate*  
*emerit, ex vno latere constat contractus, nam qui emit, obli-*  
*gatus est pupillo, pupillum autem sibi non obligat.* Qui tex.  
non procedit in pupillo ex aliquo fauore, vt vulgo  
existimatur, sed rigore, vt probat Iust. in principio  
de author. tut. vbi ex duobus principijs eandem do-  
ctrinam

## De bonis qua liberis, &c. 46

Trinā generaliter deduxit, quod enim vulgo colli-  
gitur ex l. Labeo. §. contractuum. de verb. signifi. cō-  
tractum esse vtrunque obligatorium, falsum est, quia  
hoc ex accidenti venit in quibusdam, vt constat ex  
dicto principio de auth. tut. In his vero cōtractibus  
qui mutuam producunt obligationē satis est ad sub-  
stantiam eorum alterutram partem manere obligatā  
dummodo ea obligatio vtrō citrōq;, hoc est vtriq;, &  
& ex vtroque consensu deducatur. d. §. contractum,  
quem sic intelligunt nonnulli viri docti, idq; ad dif-  
ferentiam obligationis, quæ deducitur ex delicto, vel  
testamento, eas demū constat non deduci ex duorū  
consensu, sed vnus tantum vt patet.

97  
L. Labeo;  
& cōtractū  
ff. de verb.  
signifi. de  
claratio su-  
bilis.

## De collatione peculij Aduentij.

Q VARTVS effectus est aduentitia non cō-  
ferri. l. vltima vbi hoc nouiter statuitur in suis  
hæredibus. C. de collat. & eius verba hæc sunt. *Vt ne*  
*mini de cetero super collatione dubietas oriatur, necessariū du-*  
*ximus constitutioni quam iam fauore liberorū fecimus, hoc*  
*addere, vt res quas parentibus acquirendas esse prohibuimus,*  
*nec collationi post obitum eorum inter liberos subiaccant.* *Vt*  
*enim Castrense peculium in commune conferre in hæreditate*  
*diuidenda, & ex prisca iuris autoritate minime cogebatur: ita*  
*& alias res quæ minime parentibus acquiruntur proprias li-*  
*beris manere censemus.* Nam quod dicitur in l. vt libe-  
ris. C. eodem. ad emācipatos refertur, in quibus hoc  
idē cauetur autoritate illius legis, prout Bart. intelle-

98  
L. Vt libe-  
ris. liuert.  
C. de colla.  
adnotatur.

xit in. l. si emancipati. C. illo tit. idq; ex eo patet, quia  
 text. in. d. l. vltima refert se ad decisionē nostri text.  
 vbi non agitur de emancipatis, sed tantum de suis hæ-  
 redibus. Nam antea de iure digestorum omnia adue-  
 titia conferebantur. l. 1. & per totū. ff. de collat. bono-  
 rum. Deniq; filij in potestate non tenentur conferre  
 aduentitia, & ratio est, quia non sunt ex substantia  
 eius de cuius hæreditate agitur. Vnde deducitur qd  
 si pater in emphyteusi non empta, nec à se meliora-  
 ta, filium suum nominauerit (vt plerunq; fieri solet)  
 in tali casu filius non tenebitur eam cæteris fratribus  
 conferre, nec imputare. Quod planè procedit in em-  
 phyteusi nominationis antiqua, quæ scilicet non ab  
 ipso patre, sed iã ab auis obtenta fuit: filius enim tūc  
 à patre nihil habere censetur, iuxta textum in. l. vnū  
 ex familia. cum suis. §. & quæ ibi notant Docto. ff. de  
 legat. 2. Hispanus Molina. lib. 2. primog. cap. 4. nu. 5.  
 & 10. & ex. nu. 21. Lusitanus Pereira, in suo tract. de  
 nominatione emphy. q. 18. n. 13. glo. recepta in. l. qui  
 in aliena. §. interdum. verbo, *faciet heredem*, in fine ibi,  
*hodie secus*. ff. de acqui. hæred. & ita de iure cōmuni p-  
 bat glof. verb. apud heredem. in fi. in. l. si patroni. §. 5.  
 ff. ad Senat. Consul. Treb. Alex. in. l. in quartam. nu.  
 229. ff. ad. l. Falcid. & cons. 8. lib. 3. communis ex cita-  
 tis per Iulium Clarum. quæst. 46. verbo, *scēdū*. Mē-  
 cha. de success. §. 30. ex. n. 233. doctissimus Aluarus  
 Valascus, de iure emphyt. 1. p. quæst. 46. & his non ci-  
 tatis defendit nouissimè Caldas, vbi suprā. n. 22. facit  
 ordinatio Portugal. lib. 4. tit. 77. §. 30. ibi. *Non serua o-*  
*brigado*. Et ampliatur etiam si in vita eam emphyteu-  
 sim filio tradiderit, reseruato sibi vsufructo, quia ni-  
 hil

99  
 Emphyteu-  
 sis quādo  
 cōferatur.

100  
 Ad. lib. 1.  
 titu. 77. §.  
 30.

hil de suo omnino præstat pater quod suam substan-  
 tiam & patrimonium minuat: ac proinde tanquã ad-  
 uentitium non conferetur ex dict. l. vlt. C. de collat.  
 iūcta lege vt liberis. C. eodem. tradit in terminis Pe-  
 reira in tract. de nominatione emphyt. quæst. 18. nu.  
 3. & 9. Sed limitari debet si emphyteusis sit hæredi-  
 taria, scilicet accepta pro se, & hæredibus: quæ vtique  
 conferetur, & imputabitur, vt probat idē Caldas post  
 alios vbi suprā, quæst. 18. nu. 27. Ias. & alij in. l. penult.  
 C. de collatio. & in. l. omnimodo. §. imputati. C. de in-  
 offi. testam.

S E D circa hæc dubium magis est si emphyteu-  
 sis sit nominationis pro se, & liberis, non tamen anti-  
 qua, sed ab ipso patre defuncto accepta, an confera-  
 tur vel imputetur. Et iure communi magis inter ple-  
 rosq; obtinuit tanquam profectitiam esse imputan-  
 dam, cum ab ipso patre, vel ipsius occasione sit obtē-  
 ta iuxta notata per Docto. in. l. penultima. C. de col-  
 lat. & cōmunem de qua Mēchaca in progressu suc-  
 cessionum. §. 30. ex. nu. 249. quam etiam dicunt cō-  
 muniter receptam Iulius Clarus. q. 46. verbo *scēdū*,  
 Aluar. Valas. vbi suprā. q. 1. Cæterum contrariam sen-  
 tentiam tenuit Angelus post glossam ibi in. l. si patro-  
 ni. ff. ad Trebel. quam dicit communem Ias. in. d. l. pe-  
 nul. nu. 4. & eam magis probat ordinatio Portugal.  
 in. l. 4. tit. 77. §. 30. Ego autem de iure veriore esse  
 prædictam sententiam mihi magis persuadeo, cū fi-  
 lius non habeat talem emphyteusim vt hæres, sed vt  
 filius, vel extraneus, nec ex patre, sed à domino.  
 l. vnum ex familia. §. 1. suprā allegato. Secundo quia  
 nec illa bona censentur esse in bonis patris quo ad  
 hoc,

101

102

103

opinio An-  
 gel. defen-  
 ditur.

Secunda pars

hoc, cum non essent futura post eius mortē, iuxta nō tata per eundem Valascum in. d. q. 1. in fine. Tertio, quia cum nō fuerit concessa pro se, & heredibus, sed pro se, & liberis, non videtur concessa ea mente, ut liberis imputaretur tanquā heredibus, sed tanquā bona aduentitia ab ipso domino concessa, sicut & propterea onus aliquod à patre apponi non potest ex. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. ff. de legat. 2. Et ita nouiter defenditur doctrina Angeli, & ordinatio vbi supra; quibus non obstant argumenta Alexan. in. d.

l. si patroni, & consil. 27. lib. 5. numer. 9. Nam eis satisfacit Caldas in nominatione emphy. quæst. 118. ex num. 24. cum sequentibus, licet non attenderit ad ea quæ proximè retulimus.

De usufructu patris in bonis aduentitijs.

SUMMARIVM.

- 104 **P**ater habet usufructum in bonis aduentitijs, dum modo sint iuste & licite acquisita.
- 105 Filius tunc demum acquirit usufructum patri in bonis aduentitijs, si legitimus est, vel suo consensu per se sequens matrimonium legitimatus.
- 106 Pater habet usufructum in maioratu, vel in bonis vincularis ex linea materna filiosam. acquisitis, & in emphy.

107 An sit

De bonis quæ liberis, &c. 48

- 107 An sit verus usufructus qui patri acquiritur ex hac lege
- 108 Fructus acquirit pater eodem momento, quo filius eos acquirit: & statim simul ac à solo sunt separati.
- 109 Intellectus ad. l. 4. supra hoc tit. de bon. qualib.
- 110 Lato modo fructuum commoditas solet appellari usus fructus.
- 111 Intellectus ad auth. excipitur infra hoc tit. de bon. qualib.
- 112 Vsu capta proprietate contra filium perijt etiam usus fructus patris, nisi pater ante usucapionem rem vendidit.
- 113 Si filius fam. non proprietatem rei querat, sed usum fructum, commoditas ipsius iuris, hoc est ipsi fructus ad patrem spectabunt vi ipsa.
- 114 Ius vtendi, & fruendi an pertineat ad patrem, mortuo filio fam. usufructuario.
- 115 Reprehenditur intellectus Cuiacij ad. l. fin. C. de usufructu
- 116 Refutatur alius Fugosij intellectus ad eundem textum.
- 117 Traditur vera & noua illius textus interpretatio.
- 118 Hodie si usufruct. filio famil. relinquatur, morte filij usufructus extinguetur.
- 119 Usufructuario alienante aut cedente ius vtendi & fruendi usufructus amittitur secundum comunem.
- 102 Intellectus ad. §. finitur Inst. de usufructu, & ad. l. si usufructus. ff. de iure dotium.



**E**X NOSTRO textu ibi & eorum usus fructus, obserua regulariter ex omnibus bonis aduentitijs patrem habere usum fructum, autoritate huius legis: quod sanè procedit, dummodo bona sint iuste & licite fructum.

& licite quaesita: aliàs enim in rebus aduentitijs ex illicita causa quaesitis, pater nō habet vsum, nec vsum fructum, argu. tex. l. quod seruus. 24. ff. de acquir. pos. fef. & ibi Alex. de Imo. & alij, tenet etiam Andreas in addition. ad Speculatorem titul. de auctore. §. 1. in glossa peculij nu. 23. allegans text. in. l. quod autem 105 54. ff. pro socio quam supra retuli. Secūdo limita huius text. decissionem ad filium legitimum pertinere non autem ad filium naturalem quem constat esse non in potestate patris, ex. §. vlt. instit. de nuptijs: cū non sit procreatus ex legitimis nuptijs, quod est omnino necessarium ad inducendam patriam potestatem, vt in principio Instituta de patria potest. l. 3. & 4. ff. de ijs qui sunt sui. atq; ea ratione in bonis aduentitijs eiusmodi filij naturalis pater non consequitur vsum fructum: est enim in hoc casu filius naturalis melioris conditionis, quam legitimus, vt probat Alcia. lib. 4. parergon. ca. 5. & obseruat Pinel. in rubr. de bonis mat. 2. p. n. 8. & varijs exemplis ostendit Mercer. lib. 2. opin. c. 8. Consequetur tamen pater vsum fructū, si contrahat matrimonium cum matre illius filij naturalis: quia eo modo qui ante erat naturalis, nunc efficitur legitimus, & redigitur in patris potestatem ex d. §. vlt. de nupt. & ex auth. quomodo naturales eff. legi. & in auth. quomodo naturales eff. sui. & ex c. tanta est vis, qui filij sint legit. Qua in re videndus est Cuius lib. 13. obser. c. 14. intelligens, nisi filius contradicat nolens effici legitimus, sic limitata decissionem. d. c. tanta per tex. express. in. d. auth. quibus modis naturales eff. sui. §. generaliter, qui proculdubio loquitur in hac specie legitimationis, vt contra

Couarr.

Filius naturalis nō est in patria potestate.

Pater non habet vsum fructum in aduentitijs filij naturalis.

C. tanta qui filij sint legit. elegans limitatio.

Couarr. de spōsal. 2. part. cap. 8. §. 2. nu. 3. fatetur Sarmiento lib. 1. selecta. c. 8. col. 2. Pro quo facit. l. vlt. de ijs qui sunt sui. ibi, redigitur, iuncto quod tradit Rebuf. in. l. verbum reddendi. 94. de verborum signifi. pag. 565. defendit Costa. in. 2. §. p. ex num. 116. vbi Aquil. eleganter. 2. part. ex n. 197. & cū alijs Gab. lib. 6. com. tit. de legitim. cap. i. n. 16. Dueñas. reg. 350. limit. 9.

AMPLIATUR tamen regula nostri textus, vt procedat etiam in maioratu, vel in bonis vincularis ex li- 106 nea materna filiofam. acquisitis in quibus etiā pater habet vsum fructū, vt tradit Soarez in quaestione maioratus num. 1. & 9. & per totam. Molina lib. 1. primogen. cap. 19. nu. 18. Item & in emphyteusi, vt docet eximius Valascus Lusitanus de iure emphyteutico. q. 38. n. 28. quicquid Ascanius de patria potestate effectu. 2. nu. 41. limita. 7. & Pereira in suo tractu de nominat. emphy. q. 19. nu. 40. qui male recessit à sapientissimo Valasco vbi supra, qui nihil sanè ignorauit in iure, praesertim in materia emphy. regno Portugaliae utilissima, & in isto, & vbi que terrarum maximè de siderata.

Defenditur Valascus contra Caldas.

SE D dubium est qualis iste vsusfructus sit: & 107 quamuis Doct. communiter non distinxerint inter hunc vsusfructum, & eum de quo agit, titulus. ff. & C. de vsufr. viderur tamen diuersus esse, videmus enim multa in vero vsufructu obseruari, quae in hoc cessant, vt in. §. non autem infra hac. l. tradit Pinel. 2. part. l. 1. nu. 16. C. de bonis maternis, quod mihi persuaderetur ex eo, quia cum acquiratur ratione patriae potestatis vt in praesenti, remanente in hoc dispositione iuris antiqui, consequens est, vt prius filio, de-

Vsus fructus de quo in hac l. nō est formalis sed casualis.

N inde

## Secunda pars

inde patri acquiratur: quemadmodum & olim proprietatis ipsa acquirebatur. l. 1. ibi. *quippe cum filius fam.* ff. si quis à parente fuerit manumif. Boerius decisione. 199. nu. 8. ac propterea penes patrem non fit verus vsusfructus formalis, sed solum causalis; nam is solum ad filium spectat, cum sit rei dominus. l. si ita stipulatus. 126. §. 1. ff. de verborum. obligatio. l. vii frui. 5. ff. si vsusfructus petatur. Et facit, quia si pater esset verus vsusfructuarius, non acquireret fructus, nisi ipse eos perciperet. §. is vero. Inst. de rerum diuisione. l. si vsusfructuarius versic. Iulianus ait. ff. quib. mod. vsusfructus amittatur, & tamen, cum eos acquirat ratione patrie potestatis, & per consequens eodem momento, quo filius eos acquirit. l. placet de acquiren. hære. dicendum est eos necessario simul ac à solo sunt separati, patri acquiri ex. d. §. is vero ibi, sed domino proprietatis. Nec obstat quod talis vsusfructus durat in vita patris. l. 4. supra eodem ibi, *vsque in diem vitæ.* l. fin. supra ad Tertul. ibi *donec viuat.* l. vlti. in fine. C. cõmunia de succes. quod est propriũ vsusfructus formalis. §. finitur. Inst. de vsufr. non vero solius cõmoditatis, quæ respicit personã illius qui habet ipsum ius principale. l. necessario. 8. §. fin. ff. de periculo, & cõmodo rei vend. Quia responderetur id nouè cautum esse in. dict. l. 4. nec enim ibi Imperator concedit patri vsusfructum bonorũ, quæ filius vel filia ex coniugio acquisiuit, quia id iam cautum erat, ex. l. 1. supra eod. ad similitudinem rerum maternas: sed concedit nouiter vsusfructum quandiu pater viuat, videbatur enim cessante patria potestate, cessare etiã vsusfru. (quando quidẽ ad patrẽ nõ per

Acotal. 4  
supr. hoc  
tit. inter-  
pretatio.

109

tinet,

## De bonis quæ liberis, &c. 50

tinet, nisi ratione patrie potestatis per tex. nostrũ) si cut cessante causa priuilegij, cessat priuilegiũ. l. Tertia. 89. §. vsuras. deleg. 2. quod tamẽ remouet Imperator ibi dicens, vsusfructũ ad patrẽ pertinere quandiu viuat: & ita procedit. d. l. fin. C. ad Senat. Cõsultum Tertul. Et præterea si verus esset vsusfructus in persona patris, constabat eũ morte ipsius patris extinguui, nec esset necessaria decisio, & expressio dict. l. 4. Non etiam obstat quod in ijs legibus iuris noui 110 solet appellari ab Imperatoribus vsusfructus: vnde videtur id intelligi debere de vero & proprio vsusfruct. Quia responderetur, quod lato modo fructuum cõmoditas solet appellari vsusfruct. d. l. necessario. §. fin. l. cui vsusfruct. 74. ff. de vsufr. quicquid Gomez in. l. 6. Taur. nu. 11. & 12. & in. l. 48. nu. 5.

Et ex hac differẽtia colligitur intellectus ad tex. in authẽ. excipitur infra hoc tit. quã valde extollũt 101 Bart. & alij ibi: & præter alios de ea tractant Caldas in. l. si curat. habes verb. læsis. n. 144. Ascã. de pat. pot. effec. 2. ex nu. 41. Gutier. in c. quãuis pactũ. vers. nul lũ ex nu. 28. Molina de primog. lib. 1. c. 19. nu. 30. Caualc. tract. de tut. & curat. cap. de vsufr. mulieri relicto. sub num. 136. Anton. Gom. in. l. 48. Taur. nu. 13. Pereira de nom. emphiteu. quæst. 19. nu. 46. Si enim hic vsusfructus formalis esset, verè & propriè distingueretur à proprietate, & esset res maximè diuersa. l. rectè dicimus. 25. de verb. sig. & per consequens nõ posset filio ita dari, aut relinqui, ne patri acquireretur, ius enim publicum patrie potestati nemo priuatus posset impedire. l. ius publicũ. ff. de pact. l. nemo potest. ff. de leg. 1. Cum autem non fit res distincta,

Vsus fructus formalis est res distincta à proprietate.

N 2 sed



Secunda pars

sed pars ipsius proprietatis, & dominij accessoria, ut modo defendo, non est mirū si ipse filius possit plenam acquirere proprietatem sine eo quod patri aliquid acquiratur: nam accessorium regulatur secundū principale: & ita accidit in. §. fin autē infra hac lege, de quo supra diximus. An autem ille textus in auth. excipitur, procedat in legitima filij relicta à matre hoc modo, ne patri vsusfructus quærat, tu vide Costā. in. §. & quid si tantum. 5. part. nume. 90. & Soares in. l. quoniam in priorib. limit. 1. num. 12. Boer. decif. 196. num. 4.

Alia declaratio d. auth. excipitur remissa. fue.

112 EX eadem differentia colligitur notabilis effectus: nam si iste vsusfructus est seruitus personalis, cōpetere potest patri cōfessoria. l. 2. ff. si seruitus vendicetur. Et quāuis res filij vsucapiatur, durabit adhuc vsusfructus patris. l. locum. 2. §. proprietarius. ff. de vsufu. l. iusto. 44. §. non mutat. ff. de vsucapio. quod recte contingere potest secundum Angeli sententiā in. l. 1. supra titu. 1. Si tamen non sit vera seruitus, sed sola fructuum commoditas, vsucapta proprietate cōtra filium: peribit etiam vsusfructus patris, cum sit facti, & proprietati coniunctus, qua ratione perit legatum operarum vsucapto seruo. l. 2. in fine de vsuf. legato. unde ante vsucapionem necessaria est patris vendicatio, vel filij nomine, vel utilis in rem suo nomine, iuxta tradita à Pinelo in. l. 1. 2. part. nu. 18. Ex eadem doctrina colligitur argumentum contra Angelum in. §. igitur Inst. per quas personas, quæ sequitur Ias. in. l. cum filio. nu. 177. ff. de leg. 1. quem etiam reprehendit Riminal. in. d. §. igitur. nu. 133. Ex eadem etiam colligitur quod si filius fam. non proprietatē

rei

De bonis qua liberis, &c. 51

rei quærat, sed vsusfructum, commoditas ipsius iuris, hoc est ipsi fructus ad patrem spectabunt vi ipsa, non vero ex ratione quam ponit glossa in auth. idē est in fine, cum qua alij communiter transeunt.

113

Ratio glossa inauth. idē est eodē. reijcitur.

SED IN hoc disputari potest, an ipsum ius utendi & fruendi ad patrē pertineat mortuo filio: in qua questione videbatur, cum hodie filius famil. sit capax dominij ex nostro textu, & dominiū in vsusfructu possit cōsiderari. l. 3. ff. si vsusfruct. petatur, quod vsusfructus filio famil. relicto, in eius solius persona consisteret, ita ut eius morte finiatur, iuxta §. finitur de vsusfruct. Sed contrarium probatur in. l. fin. C. de vsusfruct. ubi vsusfruct. relicto filio famil. eo mortuo, ad patrem spectat: mortuo vero patre, ad filiū: & eius verba à Iustiniāno huiusmodi scribuntur. *Ex libris Sabinianis questio nobis relata est, per quam dubitabatur si vsusfructus per seruum acquisitus, vel per filiū famil. capitis diminutione filij magna, vel media, vel morte, vel emancipatione, vel serui quacunque alienatione vel morte, vel manumissione possit adhuc remanere, & ideo sancimus in huiusmodi casibus nec si seruus vel filius famil. in prefatos casus inciderit, interrumpi patri vel domino vsusfructum, qui per eos acquisitus est, sed remanere intactum, neque si pater magnam capitis diminutionem vel mediam passus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exemptus vsusfructum perire, sed apud filium remanere etiam post patris calamitatem oportere, cum plerunque verisimile sit testatorem contemplatione magis filij, quam patris vsusfructum ei reliquisse.* Neque dici debet hunc tex. esse correctum prout videtur tenere Imol. in. l. filiofamil. ff. de donat. causa mortis. quia ex supra scriptiōibus constat esse posteriorē,

Intellectus l. fin. C. de vsufr. multipliciter ponitur.

114

quām

quam text. nostrum: fuit enim illa constitutio edita à Iustiniano post consulatum Lampadij & Orestis vt ex eius data apparet, qui Cōsules fuerunt anno à Christo nato. 532. vt constat ex annorum digestionem per consules Romanos facta ab Aloandro, quę habetur in fine Codicis. tex. vero noster editus fuit De cij cōsulatu, qui consulatū gessit anno. 531. vt ex eodem Oleandro videre est. Vnde in hac difficultate cōmunis opinio Doctorum respondet ex morte filij iudicandū patris contemplatione datū esse vsum fructum, morte vero patris contemplatione filij relictum esse à patre vt primo casu procedat prima illius tex. pars. secundo vero procedat pars secunda prout glos. Barto. Alber. & alij Doctores docēt, probat Gom. in. l. 48. Tauri nu. 20. Cæterū hæc solutio communis nulla iuris ratione fundatur, neque enim iuri conuenit, vt ex euentu iudicemus volūtate fuisse testatoris hanc, vel illam, præsertim cū quando aliquid filio famil. relinquatur, in dubio eius contēplatione censeatur relictū, non patris: vt post alios probat Caldas Pereira de nominatione emphi. quæstio. 19. num. 44. & nos suprā diximus nu. 17. Item quamuis contemplatione patris constet datum esse vsum fructū filij est ex iure nouo secundum veriore sententiam, quā defendi in principio huius legis. Vnde aliter intelligebat Cuiac. tract. 5. ad Africā. pag. 76  
 115 dicens patris & filij vnā esse personam, ac propterea altero mortuo non extingui vsum fructum, quasi super sit eadē persona. Quæ subtilis interpretatio non rectē impugnatur ex eo, quia idem foret dicendū in vsum fructu patri relicto; nā pater, cui relinquitur  
 vsum-

Cōmunis opinio. l. fin. C. de vsum fruct.

Noua ratione cōmunis cōuincitur.

vsum fructus, solus rectē fruitur & vitur: filius vero sine patre nec vti, nec frui potest. Nec etiam impugnatur rectē ex eo, quod idem dici deberet in proprietate filio relicta, nam proprietates nō cohærebat personæ iuxta tradita in. l. fin. C. de lega. & propterea subito transibat in patrem, nec momento residebat penes filium. l. placet. ff. de acqui. hæredita. sed vsum fructus personalis est. l. 4. ff. de nouationibus. l. si id quod. ff. de duobus reis. nec mirum, si omnino nō difcedat à persona filij vt in dote profectitia traditum est. in. l. 2. §. quod si in patris. ff. solut. matrimo. Impugnatur tamen rectē prædicta solutio Cuiacij ex eo, quia secundum regulas iuris antiqui poterat procedere, non secundum regulas iuris noui, secundum quas filius est capax dominij, ac proinde videtur totum dominium vsum fructus in filio esse, ita, vt eius morte finiatur dicto. §. finitur.

Nec etiam placet alia solutio Fulgosij quam non nulli sequuntur, & male in scolis defendunt, nempe, quod morte filij maneat intactum ius antiquū, quasi cessante filij fauore videatur vsum fructus à principio patri quæsitus, mortuo vero patre habeat locum iura noua, & videatur vsum fructus semper fuisse in persona filij, quemadmodum & idem videmus in hæreditate filio delata, vt si filius adire velit, ipse sit hæres, & dominus secundū iura noua, & si nolit, hæreditas tūc patri acquiratur secundū iura antiqua. l. si. in prin. §. 1. & in. §. similiq; modo infra hoc titu. Quia hæc solutio videtur esse contra text. dū refert quæstionem etiā antiquitus disputatā, & præterea si Imperator ea ratione moueretur, facile foret eā exprimere.

VNDE

116

Solutio fulgos ad d. l. fin. refutatur.

Nouus in-  
tellectus. l.  
vlr. C. de  
usufruct.

VNDE melius ego intelligo in dicta. l. vltima  
fuisse huiusmodi quæstionem propositam, an eo ca-  
su, quo vsusfructus filio relictus, & per filium patri  
acquisitus, scilicet in terminis legis antiquæ (poterat  
enim contigisse ante legem nostram cum oportet)  
morte patris finiretur, an filij, & quod non finiretur  
morte filij, patet ex eo quia semel fuit quæsitus patri,  
& quamuis expectetur persona filij in acquirendo,  
nontamen spectatur in retinendo: vnde nec eius  
emancipatione, nec deportatione, nec serui manu-  
missione, aut alienatione finiebatur per d. l. vltimã:  
obtinuit enim hæc sententia inter Iure Cõsultos an-  
tiquos, qui de hac re late disputarunt, vt constat ex  
text. in. d. l. vltima & ex. l. inter antiquam illo titu. C.  
de usufru. & ex. l. repeti. §. i. ff. quibus modis usufru.  
amit. & l. si seruo eodem etiam titu. vbi Iuriscõsulti  
in ijs casibus testantur non tantam fuisse dubitãdi cau-  
sam. At vero, & si hic vsusfructus patri quæsitus fuis-  
set ante nostram legem cum oportet, cum pater mo-  
reretur stante iam decisione. d. legis, noua quæstio  
orta erat, an extingueretur vsusfructus morte patris,  
& videbatur extinguere per text. dict. §. finitur, quia ta-  
men vsusfructus quotidie legatur & constituitur vt  
vni iure accrescẽdi quærat a collegatario amissus,  
ac si verè nuper legatus & constitutus esset & amit-  
tenti nunquam acquisitus. l. i. §. fin. ff. de usufruct. ac-  
cres. intelligendo secundum Robertum lib. 2. sentet.  
c. 26. decidit Imperator, ibi eum vsusfructum morte  
patris non finire, quasi nunc ei relictus & constitutus  
fisset. l. post nostram. l. cum oportet, præsertim con-  
sideratã testatoris voluntate, quæ est vt filius vtatur,  
fruat,ur,

fruat,ur, argum. l. 3. ff. de legat. præstand. Itaque ho-  
die si vsusfructus filiofamil. relinqueretur, constan-  
ter defendendum est morte filij extingui ex iure no-  
uo, & eo viuente penes patrem nihil aliud esse, quã fru-  
ctuum commoditatem prout supra ostendi, & vide-  
tur sentire Tellus Ferdinandus in. l. 5. Taur. num. 8.  
quamuis contrarium existimet Molina lib. 1. de his-  
pa. primog. c. 19. num. 23. quæ commoditas etsi mor-  
te filij soleat remanere in patre ex. l. si. C. ad Sen at.  
Conf. Tert. id tamen procedit in commoditate, &  
usufructu aliarum rerum, quæ ad hæredes filij tran-  
seunt, non verò in hac cõmoditate huius iuris quod  
personale est & cū persona filij extinguitur, ex qui-  
bus principijs cessat anxius labor Molinæ vbi supra  
cap. 19. num. 20.

L. si. C. ad  
S. C. Tertu-  
llian: intel-  
lectus.

QVO etiam fit, vt si filius vsusfructuarius, non  
administrante patre, illud ius vtendi & fruendi ali-  
cesserit, vel alienauerit, similiter vsusfructus amitte-  
retur atque domino proprietatis propemodum con-  
solidaretur ex text. in. d. §. vltimo Institut. de usufru-  
ctu. l. si vsusfructus. 67. ff. de iure dotium. ibi, nihil ad  
eum transire sed ad dominum proprietatis reuersurum, pro-  
bat. l. 24. tit. 31. part. 3. & sic intelligendus est Iusti-  
nianus in. d. §. finitur ibi, quia cedendo extraneo nihil  
agit, scilicet in fauorem extranei, sed nihilominus  
vsusfructus amittatur vt ibi explicuit Accursius, quæ  
sequitur Paul. in. l. 4. ff. de nouat. & ait receptam Ne-  
gulant. de pignoribus. 3. memb. 2. part. num. 3. Alcia-  
tus in. l. qui Romæ. §. duo fratres, nu. 48. ff. de verbo.  
obligat. Couarrub. lib. 1. varia. capi. 8. numer. 7. Cu-  
iacius in. d. §. finitur. & ad Paulum lib. 3. sentent. tit.

Cõmunis  
opinio glo-  
ssa.

6. & ad Vlpianum titulo. 18. in fragmen. Contrariam tamen sententiam aduersus communem docuerunt Aretinus in .l. qui Romæ. §. duo fratres numero. 28. ff. de verborū obligation. Theophil. & Orthoma. in dicto. §. finitur. vbi Balduinus latè cōmunem conuicit. Molinæus in labyrintho sexdecim legum numer. fin. Pinel. in .l. 1. 1. part. numer. 38. C. de bonis maternis. Suarez Lusitanus lib. 1. obserua. cap. 6. Prateius in thesauro iuris ciuili. verbo vsusfructus, quā antea video præsensisse Accur. in .l. arboribus. 13. versicul. vel donetur solutione fin. ff. de vsufruct. pro quibus. facit. I. C. responsum in .l. necessario. 8. in fin. ff. de periculo & commodo rei vendi. vbi ait ius ipsius vsusfructus vendi posse, necdum corpus fructuum. Præterea, quia, si alienatio vsufructuario permittitur, vt in .d. l. arboribus. §. vsufructuarius. l. non vitur. l. cui vsusfructus. ff. de vsufructu. l. in vendit. ff. de bon. auct. iud. possidend. sanè absque vlla pœna intelligenda est: argument. l. Gracchus. C. ad. l. Iul. de adulterijs. Deinde pro hac opinione argui potest à sufficienti partium enumeratione ex. l. corruptionem. C. de vsufructu. §. finitur. Instit. eo. nec ex illis text. verbis. *Nam cedendo extraneo, nihil agit,* sequitur ergo statim, quod finjatur vsusfructus, nisi domino proprietatis cessat. Denique prædicti authores ex illo iuris principio iuuari possunt, quo docemur, quid si ius, quod ceditur, vel transfertur in aliquem, ei non acquiritur ex aliqua causa, remaneat penes illum à quo cessum fuit. l. si quis vi. 17. §. differentia. ff. de acquiren. possess. l. nec vtilem. 20. cum glos. vlti. ff. ex quibus

Contra cōmunem.

Glosa sibi. ipsi cōtra.

caus.

caus. maiores. l. cum quis. 38. §. si debitori, ibi, *mansuros eos debitores.* ff. de solutionib. Nec eis obstat difficilis text. pro communi adductus, cum Pōponius lib. 5. ad Sabinum, ita scribit. *Si vsusfructus fundi, cuius proprietatem mulier non habebat, dotis nomine mihi à domino proprietatis detur: difficultas erit post diuortium circa reddendum ius mulieri: quoniam dicimus vsusfructū à fructuario cedi non posse, nisi domino proprietatis. Et si extraneo cedatur, id est ei, qui proprietatem non habeat, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuersurum vsusfructum. Quidam ergo remedij loco rectè putauerunt introducendum esse, vt vel locet hunc vsusfructum mulieri maritus, vel vendat numo vno: vt ipsum quidem ius remaneat penes maritum, perceptio vero fructuum ad mulierem pertineat. Nec enim docet Cōsultus, quod si vsusfructus cedatur extraneo, ad dominum proprietatis statim reuertatur, sed morte cedentis in cuius persona vsusfructus consistit. Quod clarius percipi poterit si Pomponij mentem ibidem & speciem quā disputauit penitus intelligere velim, agit enim de restitutione vsusfructus in dotem dati, cum autē soluto matrimonio dotalia omnia sint à marito restituenda, videbatur impossibilis vsusfructus restitutio, quippe qui in persona mariti ita residet, vt nullo modo ab eo separari queat, nec si mulieri propter restitutionem cedatur, in eam aliquid transferatur ex iure vsusfructus, cum solūmodo persona viri vsufructuarij inspici debeat, vt in eo extincto vsufructu eius morte, vel alijs legitimis modis ad proprietatē sit reuersurus, atque ideo huic difficultati volēs subuenire Pōponius remedij loco introduxit,*

L. Si vsusfructus. ff. de iure D. intellectus.

vt maritus locet aut vendat vno numo mulieri ius, ita vt hoc modo ius vsusfructus penes maritum semper resideat & ab eius persona in totum eradicari non possit, sed in ea finiri debeat, perceptio vero fructuum ad mulierem pertineret, atque hoc casu non negat. I. C. vsusfructu alienari & ipsum ius vendi posse, ita tamen vt vsusfructuarij persona ad eius extinctionem expectetur non eius, in quem ipsum ius fruendi transfertur. Hæc de illorum opinionibus.

MIHI autem videtur eos omnes interpretes nō satis rem ipsam percepisse. Falluntur enim antiqui docentes vsusfructum alienari non posse, Neoterici quoque non minus decipiuntur, qui falso docuerunt vsusfructum etiam extraneo cedi posse & eo casu ad proprietatem non reuerti. Atque igitur verissimum cōstituo vsusfructum extraneo cedi nullo modo potuisse, vendi vero aut locari recte posse, quo casu vsusfructus ipse non in emptorem, conductorem uē transit, sed tantum fructuum perceptio ad fructuarij vitam, quod quidem si Pomponium cōsideramus in. d. l. si vsusfructus ex eo clare deprehenditur, nam postquam negauit cessionem extraneo fieri posse, remedij loco venditionem, aut locationem faciendam admisit vno numo, sed huius diuersitatis ratio quærenda est, prænosci enim oportet quid in iure olim, *cedere*, significaret, cedere autem in iure dicebantur illi, qui dominium rei sue in alium transferebant, ita, vt penes se nihil remaneret, fiebat autem cessio per tria verba de quibus meminit. Quid. lib. 1. fastorum.

Ille.

Ille nefastus erit per quem tria verba silentur.  
Fastus erit per quem lege licebit agi.

Quid. lib. 1. fast.

fiat etiam per tres personas cedentis, vendicantis & addicentis, cedit dominus, vendicat is cui ceditur, addicit Prætor, vt explicat Vlpian. in frag. tit. versic. in iure cessio. Brisson. de ver. signific. verb. cessio, & lib. 1. selectarū antiquitatū. c. 7. Othoman. de verbis iuris. verb. alienare & ad. ll. 12. tabu. cap. 4. Præteius in thesauro iuris ciuilibus verb. cedere in iure. Rebardus ad. ll. 12. tab. cap. 16. Gueuara. in topicis Ciceron. §. 19. num. 26. Et per hanc iuris cessionem omnes res incorporales alienabatur vt explicat Vlpian. tit. 19. & ibi Cuiac. sic seruitutes cedi passim legim<sup>9</sup>. l. 3. ff. de seruit. rusticorum. l. per fundum in principi. eodē tit. l. nemo. 39. ff. de seruit. urbanorum. l. fin. ff. commun. præd. & cedere nomina. l. Iulianus. 30. ff. de petitione hæred. & vsusfruct. ceditur. d. l. si vsusfructus. d. §. finitur. Hac autem cessione ius omne, quod cedens in ijs rebus incorporalibus habet, in cessionarium transfert, erat enim cessio legitimus modus trāsferendi dominium, vt ex Vlpian. & alijs, quos supra retulimus, deprehenditur: & ex ijs aparetur vsusfructus cedi nequeat extraneo. Nā per cessionē ius illud incorporale vtendi & frueti transferendum erat: quod impossibile est, quoniā seruitus personalis est: iux. text. in. l. 1. ff. de seruit. & in persona vsusfructuarij adhærēs, & ideo à sua persona in aliam transferri nequit. & ideo ait Iustinian. in persona extranei nihil agitur in dict. §. finitur. quæ verba magis probare videtur nostram sententiā, vt statim finiatur.

cessio quomodo fiebat.

Omnis res per cessionem alienamina. Cedi seruitutes.

Cedereno mina.

Cedere & cessio quid significet proprie.

*Secunda pars*


finiatur vsus fructus in persona vsufructuarij & ad dominum reuertatur. Quod facile apparebit si cōferamus text. in. l. per seruum. 37. §. fin. ff. de acquirend. rerum domi. cum. l. qui mihi donatum. 13. ff. de donat. nihil enim agitur in persona extranei, benè tamen agitur in domini persona. Vendi autem vsusfructus, vel alio modo alienari potest, quia nō est propria rerum incorporalium alienatio, sed fructuum tantum, aut corporum, quæ in vsufructu continentur, & ita ius illud incorporale non amittitur ex venditione, sed fructuum perceptio competit, quod remedij loco inductum est, vt fiat restitutio vsusfructus soluto matrimonio, & ita fructuum perceptio mulieri competet, vsusfructus autem in mariti persona residebit, & eius morte extinguetur. Deprehenditur ergo ex prædictis vsufructū à filiofam. fructuario extraneo cedi non posse, quod si cedatur statim extingui & ad proprietatem reuertij, vendi autem aut alienari posse, casu quo pater administrator non fuerit vt in specie glos. in au. th. idè est, infra hoc titul. deducitur etiā quod cum legum partitarum conditores communem errorem secuti fuerint in. l. 14. titul. 31. part. 3. versicul. *Otro si de zimos*, non esse seruandam, cum contrariam sit iure communi: statutum & magis iuri consentaneum, aut saltem si præd. lex patriæ propter eius auctoritatem seruanda sit, eius decisionem temperandam eo modo, quo statim declarabo, vel eo, quo limitat & intelligit Bald. in. l. res quorū. C. de iure dot. scilicet quando vsufructuarius tradiderit possessionē, non vero si non tradiderit. Hic autem **Aluarus Aegidius**

Aluarus  
Aegidius

*De bonis qua liberis, &c.* 56

gidius charissimus discipulus meus tentabat prædictā cōmunem & legum partitarum opinionem defendere, ac rectè intelligere, & vt est ingeniosus & benè doct<sup>o</sup> effugere alio modo nitebatur verba Iustiniani & Pomponij superius relata: contendebat enim vsufructum cedi nec alienari posse scilicet inuito vel ignorante domino proprietatis, sic stricte intelligendo verba illa, nam cessionem vel alienationem non ex alio prohiberi dicebat quam quia per illam cessionem in extraneum factam incommodum proprietarius sentiret, ac proinde in eius fauorem factum fuisse vsufructum nec cedi nec alienari posse, vnde cum quis suo fauori renuntiare queat, nihil mirum si cessio licet improprie cum cōsensu & voluntate proprietarij fieri posset, quasi nouus vsufructus à domino constitueretur ex. l. 4. ff. de nouat. vbi fructuarius delegauit vsufructum Titio, quem habebat in rebus sui proprietarij, præsupponit Consultus valere delegationem & etiam post mortem fructuarij vsufructum non extingui, sed adhuc Titio deberi, cui vsufructus fuit delegatus, vt manifestè probant verba

*text. ibi, quia etiam hoc in commo-  
dum sentit, si post mortem meam  
maneat eius vsufructus,  
&c. Sed de ijs iā  
satis.*



EFFECTVS

Nouus in-  
tellect. §. fi.  
Institu. de  
vsufructu.

*Secunda pars*  
**Effectus resultantes ex usufructu patris**

**SUMARIUM.**

- 121 **P**ATER legitimus administrator bonorū aduentitiorum filij ratione usufructus tā in iudicio quam extra iudicium, omnia potest agere, & alienare sine decreto iudicis in casibus sibi à lege permisis contra Caldas, qui aliud existimauit.
- 122 Filius licet iure isto sit capax acquisitionis, alienare tamen res suas non potest sine patris cōsensu nec mutare & num. 127.
- 123 Alienatio facta à filio famil. sine authoritate patris etiā iuramento firmata, non valet, contra Caldas.
- 124 Minor habens curatorem, sine eo alienare non potest, etiam cum iuramento.
- 125 Filius fam. potest obligari in profectiis, quorum administratio filij est: non autem in aduentiis, quorum patris administratio est.
- 126 Filius fam. licet hodie possit obligari in aduentiis sine consensu patris, non tamen sequitur quod possit alienare; cum vnus actus distinguatur ab alio: nempe quia alterum consistit in legitimo consensu, alterum in administratione, illud fieri poterat sine authoritate, hoc vero non poterat.
- Pater etiam si consentiat obligationi filij impuberis, nec ipse, nec impubes obligatur.
- 127 Intellectus ad. l. frater à fratre versic. (repetitū) ff. de conditione indebiti.

128 Licet

*De bonis quæ liberis, &c.* 57

- 128 Licet seruitus etiam cum consensu usufructuarij usufructui imponi non possit, cum consensu tamen patris usufructum habentis, filius seruitutem imponere in aduentitijs, & hypothecam constituere non prohibetur.
- 129 Proprietas aduentitiorum transit in monasterium per professionem filij fam. usufructus tamen, quem pater habebat, remaneret penes patrem, ad quem spectare debet quandiu viuit.
- 130 Filius fam. licet ex lege regni possit disponere de tertia parte aduentitiorum, non tamen poterit disponere de usufructu, contra Gomez.
- 131 Plena proprietas cum fructibus ad filium pertinet, si pater se monasterio mancipauerit, & religionem fuerit professus: nec usufructus monasterio acquiritur.
- Pater si dissipator sit, amittit administrationem, & per consequens usufructum in bonis aduentitijs.
- 132 Usufructus non transit ad fiscum per hæresim patris.
- 133 Filius fam. sine patre conueniri non potest in aduentiis, licet secus in profectiis.
- 134 In aduentiis, in quibus pater non habet usufructum, nec administrationem, filius sine patris consensu conueniri potest.
- 135 Pro debitis filij fieri potest executio in aduentiis, sed non in usufructu, qui patri queritur.
- Prohibitio alienationis facta in fauorem tertij, semper censetur prohibita.
- 136 Casus, in quibus etiam in usufructu patris fit executio pro debitis filij, & quomodo fieri debeat.
- 137 Filius quādo exit à patria potestate per emancipationē,

P

1018

Secunda pars

non autem per matrimonium, potest pater dimidia partem vsusfructus, quem tempore emancipationis habebat, retinere in premium emancipationis.

138 Seruus manumissus grauari non potest, ut aliquid des pro libertate: que inestimabilis est, licet talis voluntas in testa. aliquando obseruetur iudicis officio.

139 Intellectus ad. §. cum autem infra hac lege.

De alienatione aduentitorum à patre facta vel facienda.

PRIMVS effectus est quod, cum pater ratione vsusfructus sit legitimus administrator bonorum aduentitorum filij (vt constat) tam in iudicio, quam extra iudiciu, omnia poterit pater agere, & alienare sine decreto iudicis, scilicet in casibus fibi à lege permisis, vt probatur in. l. 1. C. de bonis maternis, & fuit opinio Azonis in rubr. supra eodẽ Couar. lib. 1. varia. resolutionum c. 8. nu. 5. Gomez in. l. 48. Taur. num. 14. & 15. Tiraquel. de legib. cõnubialibus glos. 5. nume. 4. & communis excitatis à Gomezio vbi supra & in. 2. tom. cap. 14. post. nu. 13. Sed certè ab hac communi sententia videtur recedere Salicetus in. l. præcept. num. 5. C. de trãfact. fragili fundamento, & Caldas Pereira in. l. si curato rem habens verbo contractum fecisti. nu. 5. versic. Cæteru, vbi præfertim in regno Portugaliz defendit patrem sine decreto non posse alienare bona filij aduentitia, & mouetur Caldas ex ordinationibus nostris lib. 1. titul. 67. §. 5. & 6. vbi pater ad similitudinem tutoris tenetur inuentarium facere,

De pater alienavit bona, quorum proprietates ad filium patris nec et talis filius instituitur à patre vel matre alienante heres vniuersalis, quando possit verba contrarietatis alienationem: vbi habet in. l. 4. tit. 1. lib. 5. Decy. n. 31. et seq.

Communis opinio

Caldas opinio

De bonis qua liberis, &c. 58

ergo sicut tutor non potest alienare vt constat, sic & pater. Secundo argumento text. in. l. si pupillorum. §. si pater. ff. de rebus eorum qui sub tutor. l. 3. C. de prædijs mino. ibi Pater. Tertio fundatur ex ordinatione lib. 3. titul. 87. §. 3. iuncta doctrina Casanei in consuetudinibus Burgundiz in rubri. §. 5. n. 4. Verum meo iudicio hæc sententia licet ex antiquis cartophilaceis deprompta à Pereira falsa est, nec sustineri potest. Nam licet quod supponit sit verum, scilicet patrem debere facere inuentarium, nõ ideo sequitur bona non posse alienare sine decreto. Lex enim in vno casu correctã non extenditur ad alium casum diuersum. Authen. quas actiones, & ibi Bart. C. de sacros. Eccles. Præterea non obstat ratio Casanei, quia fatemur quod in casu, quo pater non habet vsusfructu, neq; administrationẽ nõ poterit alienare, & sic procedit ordinatio in. d. §. tertio. Sed in casu in quo loquimur, etiã si autoritate ordinationis teneatur facere inuentariu, tamẽ nemo doct' negabit, quin etiã habeat vsusfruc. & administrationẽ, vt apertè patet ex. d. ordinatione lib. 1. tit. 67. §. 5. ibi. Porq' elle por decreto he seu legitimo administrador, ergo si administrator est, alienare poterit, vt in. l. fin. §. filijs autẽ. infra hoc titul. & in. §. cum autem. infra hac. l. quæ nõ inueniuntur correctæ: & facit expressè ordinatio vbi supra, ibi, Naon sera seu pay obrigado alhos entregar. Fuit autem iustissima causa illius ordinationis, scilicet, vt pater teneatur inuentarium facere: quia potest contingere quod patre sine inuentario postea mortuo, relictis minoribus, eorũ bona occultarẽtur, & ab extraneis heredibus

Ad lib. tit. 87. §. 3.

P. 2 possi-

ergo, si pater alienavit bona, quorum proprietates ad filium patris nec et talis filius instituitur à patre vel matre alienante heres vniuersalis, quando possit verba contrarietatis alienationem: vbi habet in. l. 4. tit. 1. lib. 5. Decy. n. 31. et seq.



L. 3. C. de prædijs minor.  
 possideretur: & hoc probat Pinelus in. l. 1. 2. par. n.  
 23. C. de bon. matern. Non obstant. d. l. 3. & text. in  
 d. §. si pater: loquuntur enim ea iura, quando pater  
 est curator filiorum, diuersum autem est si pater sit  
 administrator, potest enim ut pater etiam res im-  
 mobiles sine decreto alienare ut in. l. vltima. §. fin  
 autem æs alienum. infra hoc titu. tradit Loaces in. l.  
 filiusfam. §. diui. nu. 32. ff. de legat. 1. (quem text. pu-  
 blica disputatione scelicibus auspicijs sui quondam  
 aliquali patrum applauso Salmanticæ interpretatus  
 anno. 1579.) At ut tutor, vel curator minimè alie-  
 nare potest nisi prius causa cognita, & iudicis decre-  
 to præmissio. l. ob æs alienum. C. de prædijs minorū.  
 l. 18. tit. 16. part. 6. Cuius differentia ratio ex eo mani-  
 festè patet, quia potestas patris maior est in re filij,  
 quam tutoris, vel curatoris in re minoris. l. fin. C. de  
 curatore furiosi, resoluit eleganter Gregor. Lupus  
 in. l. 24. tit. 13. par. 5. verb. *En ninguna manera.*

L. Obes a-  
 lienum. C.  
 de prædijs  
 minor.

NEC enim præsumendum est res filij patrem  
 ita temere alienaturum, cū maximè præter affectio-  
 nem paternam, commodum in re filij habeat. Atq;  
 igitur iam ex ijs constare poterit prædictam senten-  
 tiam communem in regno Lusitanix intactam ma-  
 nere, secundum quam praticari à viris doctissimis  
 Olyssipone sæpiùs audiui. Quibus tamen addendū  
 puto circa inuentarij confectioem in regno Castel-  
 læ idem, quod in Lusitania obseruari debere, quādo  
 videlicet illud filius petierit, ut probari potest ex  
 traditis à Molina lib. 1. de Hispanorum primoge-  
 nijs cap. 15, numer. 34. & ex eodem libr. 1. cap. 28.  
 numer. 4.

DE

De alienatione filij in bonis  
 aduentitijs.

122 SECVNDVS effectus est, quod licet  
 iure isto filius sit capax acquisitionis, alie-  
 nare tamen res suas non potest sine patris  
 cōsensu & autoritate. l. fin. §. filijs autem, hoc titul.  
 explicat pulchrè Minsingerius Centuria legali. 3.  
 obserua. 10. Nec id est iniquum cum lege prohibea-  
 tur ex iusta causa secundum Bartoli doctrinam cō-  
 muniter receptam in. l. si quis vi. §. differentia. ff. de  
 acqui. posses. Causam enim prædictæ prohibitionis  
 non reticuit Imperator in. d. §. filijs, imò statim ele-  
 gantissimis verbis eam sic expressit, *melius est, inquit,  
 coarctare iuueniles carores ne cupidini dediti tristem exitū  
 sentiant, &c.* Cognouit enim rectè eos facile credu-  
 los, ut notat glos. in. l. si cum dotem. §. eo tempore.  
 verb. iuuenis. ff. solut. matrimo. atque ineffrenatæ li-  
 bidini plerumq; deditos, nec vnquam satis suo natu-  
 ræ feruori repugnātes, ut in. l. si vero non remunerā-  
 di. §. si adolescens. ff. mandati. auth. de non eligendo  
 secundum nubentes. §. optimam collatio. 1. nec vs-  
 quam per diu stabiles ut ex sententia Salomonis no-  
 tat glos. in. §. 1. Instituta de iustitia & iure, maxi-  
 mumque propter hæc suis rebus, si liberè eis (pro-  
 ut de Phætonte poëtæ fabulantur) regimen comit-  
 teretur, exitium allaturos, quæ mirè descripsit Ho-  
 ratijs de arte poëtica in ijs versibus.

Iuuenis  
 est facile  
 credulus.

Iuuenis  
 mutabilis.

P 3. Imberbis.

Horat. de  
arte poet.

*Imberbis iuuenis, tandem custode remoto  
Gaudet equis, canibusq; & aprici gramine campi,  
Cereus in vitium fletu, monitoribus asper,  
Vtilium tardus, prouisor, prodigus aris,  
Sublimis, cupidusq; & amata relinquere permix.*

Quò fit quàm præstans & necessariū esset suarū re-  
rū alienandi facultatem iuuenibus interdici argum.  
123 I. si. C. in quib. caus. in integ. restitutio nō est neces-  
saria. Quod adeò procedit, vt & si filiusfam. appo-  
nat iuramentum, alienatio tamen non valeat, vt sen-  
tit glos. in. d. §. filijs autē, & ibi Bald. & Paul. Castr.  
& idem Bald. in auth. sacramenta pub. C. si aduers.  
Communia opini. vendition. & est recepta sententia secundum Oro-  
sium in. l. & hæred. §. filia familias num. 5. de pactis;  
& si contrarium teneat Crotus in. l. frater à frat. nu.  
117. de cond. ind. & eo non relato Pereira in. l. si cu-  
ratorem habens, & in tract. de renouatione quæst.  
16. num. 61. Et quamuis predicta communis mouea-  
tur ex eo, quod quando ali præiudicium sit, iuramē-  
tum non seruatur, capit. cum contingat cum alijs de  
iur. iuran. tradit Anton. Gomez. in. l. 54. Taur. Cal-  
das de renouatione quæst. 11. numer. 25. & quod in  
proposito fit patri præiudicium in vsufructu, mani-  
festum est: ea tamen ratio non concludit, quia po-  
tuit iuramentum seruari, retēto vsufructu penes pa-  
trem, iuxta textum in. l. fundi Trebatiani. 38. ibi, *ven-  
dere.* ff. de vsufructu legato, præsertim cum vsufru-  
ctus daret in vita patris. l. 4. supra eodem. l. fin. C.  
124 ad Tert. Vnde tu dic veram huius rei rationem esse,  
quod cum propter vsufructum habeat pater  
legitimā

Ratio cō-  
munis re-  
sollitur.

legitimā bonorum administrationem, vt constat ex  
omnibus legibus huius tituli: Consequens & neces-  
sarius effectus est, vt filius etiam cum iuramento ne-  
queat alienare, propterea quod ipsi administrationē  
non habet, sed pater: nec obstat vinculum iuramen-  
ti, quia cum illi, cum quo filius contraxit, non sit ius  
efficax quæsitū propter legis prohibitionem, facilis  
erit absolutio, ne iuramentum sit vinculum iniquita-  
tis: & idē dicendū est in minore habēti curatorē, &  
sine eo cōtrahente: quo casu cum administratio sit  
penes curatorem, vt in. l. si curatorem habens. C. de  
in integ. rest. cōsequens est vt alienare nō possit etiā  
cum iuramento: vt post multos authores tradit Cal-  
das Pereira sibi contrarius in. d. l. si curatorem ha-  
bens, verbo hunc contractum in principio.

NEC obstat quod filiusfamilias potest obligari 125  
tāquā paterfamil. l. tā ex contractibus. 57. de iud. l. si  
liusfal. la. 2. ff. de actionib. & obligationibus. Quia  
respondetur id procedere in profectitijs, quorū ad-  
ministratio filij erat ex patris voluntate, & quandiu  
erat in potestate, quāuis in solidū esset obligatus. l. si  
quis cum filio. ff. de pec. satisfaciebat enim de pecu-  
lio patris. l. 3. §. sed vtrum. ff. de minorib. factus ve-  
ro sui iuris, solum in id quod facere poterat, conue-  
niebatur. l. 2. ff. quod cum eo. secundum ea quæ su-  
prā declarauimus in prima parte huius legis. At in  
aduētitijs propterea quod administratio patris est,  
filius efficaciter sine eius consensu nequit obligari  
per tex. ind. §. filijs autē, quod tradidit quondam dñs  
meus in lectura huius text. Ego vero vltius statuo, 126  
quod licet filiusfamilias etiam hodie possit obligari  
sine

Meliorra-  
tio pponi  
tur cōmu-  
nis opinio-  
nis supra  
citare.

*Secunda pars*

sine cōsensu & autoritate patris, vt mihi magis placet: quia in hoc nihil est immutatum iure nouo: nō tamen sequitur, quod possit alienare: distinguitur enim vnus actus ab alio, vt quamuis obligari possit, alienare tamen non possit: quemadmodum & minor, qui curatorem habet, quamuis enim obligari possit. l. puberes. 10 r. secundū veriore intellectū, quem ibi ponit Cuiac. (licet aliter receptum sit) de verbor. obligat. tamen alienare non potest. d. l. si curatorem habens. Item minor potest obligari ad rem immobilem tradendam, & tamen non poterit tradere sine autoritate prætoris. l. magis puto. 5. §. si pupillus, de rebus eorum. Vbi Vlpianus scribit. *Si pupillus stipulanti sponderit, an soluere possit sine prætoris autoritate? & magis est ne possit: alioquin inuenta alienandi ratio, &c.* Nempè quia alterum consistit in legitimo consensu, alterum in administratione: Illud fieri potest sine prætore, hoc vero nō potest, & filiofam. rectè hoc accommodatur, vt quamuis obligari sine patris consensu possit ex. d. l. tam ex contractibus, alienare tamen non possit ex. d. §. filijs autem. Cæterum id debet intelligi in filiofam. pubere: nam fili<sup>9</sup> fam. impubes, etiam cum consensu patris obligari non potest. l. fin. §. 1. ibi, *ne authore quidem patre.* ff. de verb. obliga. Cuius rei ratio ea esse potest, quia non potuit cadere obligatio personalis in filiofam. impubere, cum solus sine patre personam non habeat. l. fin. ibi. *Cum & natura pater & filius eadem persona penè intelligatur.* C. de impub. & alij subiti: consensus vero patris non fuit interpositus ad hoc, vt ipse obligaretur, sed filius, vnde quamuis cōsentiat, nihil

L. suo. §. 1. ff. de verb. obli. g. no. ua & ele. gās ratio.

*De bonis qua liberis, &c. 61*

nihil tamen fit, quoniam pater non obligatur, quia non voluit, nec filius, quia non potuit: Quod tamē in pupillo patrefamil. recipi non potest, quia cum tutoris autoritate rectè obligatur, quoniā in eum rectè cadit obligatio, cū sit paterfamilias. Nec obstat quod eadem ratio filijfamilias impuberis militat etiam in filiofam. pubere. Quia respōdetur, puberem post legitimam ætatem, cum posset naturaliter consentire, æquum esse, vt qui consentire potest, obligari possit, quam iuris vtilitatem non aduertit Caldas Pereira, in suo tractatu, quē ad. l. si curatorem habens. non ineleganter conscripsit.

E X prædictis consequitur cum filius non habeat ius alienandi in aduentitijs quod nec mutandi facultatem habeat. l. 2. §. appellata. ff. si certum petatur: ac proinde cessabit decisio famosæ legis frater à fratre. ff. de condict. indeb. Si vero pater vsum fructum non habeat & ipse filius solus administrationem: iuxta tex. & ibi glos. in auth. idem est infra hoc tit. tunc numeranti filio pecuniam aduentitiam patris nomine duæ obligationes contrahuntur. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet. cum materia, & cessat decisio. d. l. frater à fratre, quicquid glo. ibi dicat cōmuniter recepta, fallitur enim ex ijs quæ infra dicam in. 3. par. de bonis castrensibus. Si vero suo nomine tanquam extraneus mutuauit in solidum fratrem obligabit ciuilitè (potest enim hodie inter eos nasci ciuilis obligatio, vt supra vidistis ex l. iubemus §. 1. C. ad Senat. Consul. Trebel. nu. 94. patrem vero de peculio. l. si quis cum filio. ff. de peculio. ac per cōsequēs decisioni legis frater à fratre lo-

127

Reijciunt glo. opin. cōm. in. d. l. fra. à fra.

Q cus

cus non erit secundum glossam ibi, quam alij sequuntur: sic fiet, ut mortuo patre, tanquam debitor pro parte sua hereditaria non repetat, pro parte vero coheredis eatenus repetitionem habeat, quatenus de peculio, quod ex mutuo patris autum est, ad eundem fratrem creditorem, & cohæredem peruenit secundum regulam d. l. frater à fratre. quicquid Iass. ibi in repetitione num. 27. contrarium teneat indistinctè, cuius opinio solum procedit quando pecunia mutua facta est aduentitia in persona filij debitoris, quo casu leuis differentia non est inter casum, quo filius mutuauit pecuniam nomine suo, & casum, quo nomine patris mutuauit, quia quando nomine patris numerauit, directo pater obligatur. d. §. si numos, & per consequens pro parte filij mutuatis extinguatur obligatio in solidum. l. debitori. C. de pactis, nec habetur illa ratio peculij. Quando vero simpliciter mutuauit, pater solum tenetur de peculio in. d. l. si quis cum filio, & eatenus extinguatur obligatio, quatenus ad eum peruenit de peculio filij debitoris, ex text. in. d. l. frater à fratre.

Hinc apparet intellectus ad prædictam. l. frater à fratre versiculo, *repetiturum*, cuius ratio est secundum Bart. & omnes ibi, quem explicat Corras. numer. 6. scilicet, quia cum filius patri, cuius erat pecunia mutuata, hæres esset, atque ideo debitor creditori succederet, confusa est obligatio pro parte hereditaria, l. debitori. C. de pactis, videtur enim ipse debitor hereditati soluere. l. si debitori. ff. de fidei iuroribus, & locupletior è adire hereditatè. l. i. §. si debitor. ff. ad. l. falcid. l. si ei cui vèdidi. §. si is cui. ff. de euictio nibus,

nibus ac proinde solutionis potestate, quæ naturalis est. l. verborum. ff. de solutionibus, non solum ciuili, sed & naturalis obligatio extinguatur. l. Stichum. §. aditio. ff. de solut. quicquid dicat Hotom. qui nouo quodam ingenio cõtendit morte patris nõ fuisse extinctam obligationem, sed per successionem peculij, ad fratrem mutuantem iudicio familiæ eriscundæ perueniētis, quod probat ex text. in versiculo, *naturalem*, & in versiculo, *adeo*, atque ideo ait filium debitorem pro parte hereditaria, quasi heredem non repetiturum cõtra antiquam librorum fidem addita negatione, cuius opinionem refutat Cuiacius intractatu. 9. ad Africanum. Sed quia Hotom. in renouata disputatione contra Cuiacium suam opinionem defendit, & argumenta adducit fortiora: reiectis rationibus Cuiacij, aduertendum est, pro vera articuli resolutione, quod Hotoman, decipitur in eo, quod putat filium mutuatarium solum fratri debere, non patri, atque ita existimat hereditario iure succedentem in peculio suo iuxta. l. certum. C. fam. ercis. obligatum manere, quasi heredem patris, qui ex mutuo, *inquit*, tenebatur filio mutuanti pro filio debitore, ex regulam. l. si quis cum filio. ff. de peculio, ac subinde quasi heredem non repetiturum. Cui argumento Cuiacius non respondet bene, negat enim debere patrem filio mutuanti, quod nos admisimus supra contra communem in prima parte de bonis profectitijs, & verum est, ut Hotomanus contra eum existimat, & fuit opinio Hugon. quem glossa magistra ibi refert. Tu autem dicas. filium mutuatarium patri debere pecuniam, quam

Hotomani sententia ad. l. fr. a fra. refertur à Cuiacio.

Ulteratio nes Cuiac. Hotomanus nouis argutis refutatur.

Secunda pars

mutuam accepit à fratre, vt probat. l. peculium. ff. de peculio, cui Hotoman<sup>o</sup> non responderet: retēta enim consideratione Hotomani adhuc probat Vlpianus ex opinione Seruij contra Hotomanum, id quod filio debet seruis, patri ac domino debere iure potestatis, si igitur filius mutuarius patri debet, rectē confunditur oblatio morte patris secundum prædicta. Quod enim Hotomanus ibidem ait, eam confusionem intelligendam esse in extraneis, non vero in hæredibus suis, in quibus non diuersa patrimonia censentur, sed vnum atque idem continuatur ex. l. in suis. ff. de liber. & posthumis, reuelatur hoc modo ex eo, quod filius in vita patris existimatur quidem dominus bonorum, sed non hæres, quemadmodum potris viuētis non est hæreditas. l. qui superstitis. ff. de acquirenda hæreditate. l. 2. ff. de rerū diuisione. & in principio Instituta de rebus corporalibus, ac subinde morte patris nouum ius quæritur. quod filium obligat creditoribus paternis. l. more, ff. de acquirenda hæreditate, efficitque confusionē debiti, & crediti, vt dictum est. Argumentum vero Hotomani non obstabit, quia concedimus patrem debere filio mutuanti ex opinione Hugonis superius relata, sed negamus eam obligationem, quæ de peculio est in persona patris in filium mutuariū trāsire, quoniam talis obligatio nō est directa nec principalis, sed respectiua & accessoria, vt patet, extinguiturque extincta principali obligatione argumento l. cum principalis. ff. de regulis iuris, liberato igitur filio debitore patris, pro parte hereditaria, liberabitur etiā pater debitor filij mutuātis pro eadē parte.

Deni-

Aliud Hotomani argumentū reijcitur.

De bonis qua liberis, &c. 63

Denique contra Hotomanum retorquetur consideratio sumpta ex versiculo, *naturalem*, & ex versiculo, *adeo*, loquuntur enim in alia parte obligationis, quæ extinguitur in persona filij creditoris per oblationem peculij, quod patet ex eo, quia Iulianus relatus ibi ab Africano, loquitur solum de parte hæreditaria pertinente ad filium creditorem, vt patet ex textu, & probatur eius opinio in. l. quæsitum. §. 1. ff. de peculio, & in. l. his consequenter. §. fina. ff. familię erciscundæ, probat Bartolus nume. 46. ergo pars filij debitoris per confusionem fuit sublata secundū communem, quicquid dicat Hotomanus, cuius opinio si vera esset, sequeretur eundem filium mutuarium fortē ex assē institutum soluendo patri ex hereditate, nihil repetiturum, quod tamen falsum est, cum peculium ex hæreditate pertineat solum ad filium hæredem. l. certum. C. familię erciscundę. Nec quicquam in contrarium facit textus in. d. l. frater à fratre in versiculo finali, quia retento eodē thema- te, de quo Africanus agebat, intelligendus est in emancipato, cui pater peculium non retinendo videbatur concessisse. l. donationes. §. pater. ff. de donationibus.

E X Superioribus tamen satis colligitur, quod accedente patris consensu poterit filius alienare, mutuare, aduentitia pignori dare, & seruitutes imponere: hec enim omnia sub verbo alienationis continentur. l. si. C. de rebus alie. nō alie. ita docēt omnes in. d. l. vltima. §. filijs autē. in fin. eod. subscribit Caldas in. l. si curatorem habēs verb. venum dedisti. n. 1. Sed obstat text. difficilis in. l. sed & siquis. 19. §. si.

Q 3 ff. de

Cōtra hotomanni textu retu- fio.

ff. de usufructu dum probat etiam consensu usufructuarij non posse imponi seruitutem quod ita *Ulpian.* expressit in his verbis, *proprietatis autem dominus. ne consentiente quidem fructuario seruitutem imponere potest.* in qua difficultate glossa in. d. §. filijs autem. & Paul. insunt, sed non satisfaciunt. Tu dic quod pater filio recte consentit tanquam legitimus administrator: nec enim verus est usufructuarius, ut supra diximus, at ille qui verus est usufructuarij domino seruitutem imponenti non potest consentire. d. §. fin. rationes vero huius rei plures refert. *Pinel.* in. l. 1. 2. p. nu. 74. de bon. matern. sed ijs reiectis verius dicendum puto, quod si consentire posset, efficeretur, ut vnus & idem locus duobus insolidum seruiret: quod est contra naturalem rationem. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. comodati. nec enim usufructuarius posset consentire, vt suo iure sibi vtj, quando cunque non liceret. l. pen. ff. de pact. l. quoties versi. & ideo. ff. de seruit. vnde fit vt seruitus, quæ non diminuit ius vt edi fauendi recte imponatur, vt probat *I. C.* in. l. nisi. 20. ff. de usufru.

Ultra Pin.  
nua pro-  
ponitur ra-  
tio.

## De alienatione necessaria

filijfamil. in bonis aduentitijs.

**T**ERTIVS effectus est quod licet filiusfam. non posset alienare bona sua sine patris consensu, vt supra diximus, si tñ ingrediatur religionem, quo casu auctoritate legis bona transferuntur in monasterium, *authen. ingressi. C. de sacros. Ecclesi.* licet proficere religionem sine patris voluntate, alienat tamen

tamen bona sua, quia prohibita alienatione, & administratione intelligitur prohibita ea, quæ fit sola prohibiti voluntate. l. 3. in fine principij. ff. de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt: non autem quæ fit ex legis ministerio, tunc enim, si res aliàs est alienabilis, prohibitio cessat: tradunt *Doctores.* in cap. in præsentia extra de probationibus, vbi *Deci.* nu. 33. & ingeniose *Pereira* de renouatione emphyteu. quaest. 19. num. 22. & idem in. l. si curatorem habes. verbo cum non absimilis. nu. 37. Et fuit opinio *Speculatoris* de statu monachorum, licet prædicti auctores aliam reddant rationem. Et auerto, quod licet in prædicto casu proprietates bonorum aduentitiorum transeat in monasterium per professionem filijfamil. usufruct. tamen remanet penes patrem, quoniam licet cesset huius patris potestas in filio iuxta glossa in. l. si ex causa. §. *Pomponius.* ff. de minoribus non potuit filius patri suo præiudicare in usufructu, ad quem spectare debet quandiu viuit l. 4. supra hoc titulo, & ita tradit *Decius* in dicto capit. in præsentia, num. 62. *Doctores*, quos refert *Pinel.* in. l. 1. prima parte. num. 43. de bonis maternis. *Caldas* in. l. si curatorem habens verb. læsis. nu. 143. *Anton. Gomez* in. l. 6. *Taur.* num. 11. *Matienco* in. l. 1. glos. 3. num. 20. tit. 8. lib. 5. noui Ordina- ment. sic temperata decisio. *authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles.* iuncto argumento legis conficiuntur. 8. §. si post factum ibi (*& de alienis quodammodo rebus*) ff. de iure codicillorum. fiunt enim bona monasterij, ita vt patri non auferatur usufructus, quæ acquisiuit ex regula huius legis. Quæ opinio intel- ligi

## Secunda pars

ligi debet in usufructu eorum bonorum, quæ filius habebat tempore professionis: nam eorum, quæ postea filius monachus quæsiuit, & proprietates & usus fructus ad religionem spectat: quoniam autoritate iuris pertinet usufructus ad patrem eorum bonorum, quæ stante lege placet, ipsi acquiruntur: hæc autem bona etiam stante dicta. l. placet non acquiruntur patri, sed religioni capit. olim el. 2. & ibi Innocentius extra de privilegijs, tradit doctissimus Martinus Azpilcueta de redditibus Ecclesiasticis. quæst. 3. nu. 25. idque ex eo, quia quod non residet penes filium, sed in alium transfertur, patri non acquiritur. l. sed est pater §. 1. ff. ad Senatus Consult. Maced. ita etiam usufructus eorum bonorum post professionem patri acquiri non potest, propterea quod ex lege nostra ita demum acquiritur usufructus patri, si secundum legem antiquam proprietates acquirebatur, & hæc sententia vera est, quicquid nonnulli ex eo, quod putant, per ingressum religionis patriam potestatem minimè dissolui, uti fuerit Matelanus tractatu de successibus ab intestato in principio. num. 7. cui videtur subscribere Pinelus in. l. 1. prima parte. numer. 45: de bonis mater. Caldas ubi supra, quorum opinionem noster ille concurrens doctissimus Aegidius Ramirez nunc Reges catholici consiliarius dignissimus (quæ etiam honoris causa ubique nomino) libenter amplectitur, quod verum non est: cum & illud quod præsupponunt prædicti authores, sit falsum, ut patet ex traditis à Costa in cap. si pater, verbo testatore mortuo num. 11. Ascan. de patr. potest. c. vlti. ex num. 67: & ut indubitatum obseruat Caldas de

nomi.

Ani: ad-  
uersio con-  
tra M the  
fal. Pin. &  
alios.

## De bonis quæ liberis, &c. 65

nomi. quæst. 6. num. 8. scilicet religione filij patriam potestatem dissolui, & filium incipere esse in potestate abbatris, atque ita plane procedit resolutio quæ supra posui.

## De testamento filijfamil. in bon. aduentitijs.

**Q**UARTVS effectus est quod licet autoritate legis. 6. Taur. filiusfamil. possit disponere de tertia parte bonorum aduentitiorum, non tamen poterit disponere de usufructu, quia in eo filius patri suo præiudicare non potest. l. fin. §. filijs aut iuxta communi ibi, infra eodem: & ita in terminis tenet Bald. in. l. si queramus in fine. ff. de testamentis argum. l. si quando. 35. in principio de inoff. quam in proposito adduxit Caldas in. l. si curatorem. verbo læsis sub num. 129. col. 7. Grego. in. l. 13. tit. 1. par. 6. Peral. in rub. de hæred. inst. num. 180. Tello Fernand. in. l. 5. Taur. Pelaez de maior. 1. part. q. 1. num. 38. & 46. & hanc esse communem resoluit Matienzo in. l. 4. tit. 4. glos. 3. num. 3. & 4. qui debuit citare Molinam optime resoluentem lib. 2. de primogen. cap. 11. num. 24. facit text. in argum. in. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico: & quod per illum textum tradit Lusitanus Caldas de nominatione emphy. quæst. 21. num. 56. quidquid Gomez. in. l. 6. Taur. num. 13. & 14.

De testa-  
mento fi-  
lii fami. in  
bon. aduenti.

Quibus casibus amittitur  
usufructus peculij aduentitij in per-  
sona patris, & filio acquiritur.

R Quintus

131

QVINTVS effectus est, quod vsusfructus semel patri quesitus transit in monasterium, si ipse profiteatur, tenet glossa in authen. idem est ibi, *et non finitur*, infra hoc titulo, & durabit in vita sua, iuxta text. in. l. fin. supra ad Sen. Consult. Tertul. & hæc est magis communis opinio secundam Decium in cap. in præsentia. num. 66. de probat. & eam etiam resoluit communem, referens plures contra aliam communem, Doctor Espino in speculo suo testam. glos. rubri. 4. part. num. 16. Contrarium tamen tenet Salicet. & Ias. in auth. ingressi. num. 48. de sacrosan. eccle. & alij quos refert idem Espino ubi supra. Gomez. in. l. 48. Taur. num. 8. Couar. in. cap. 2. de testam. ubi tenent plenam proprietatem cum fructibus ad filium pertinere. Quæ opinio verior mihi videtur ex eo, quia cum pater ingrediendo monasterium transeat in potestatem Abbatis cap. non dicatis. 12. quæst. 1. cap. fin. de sepul. lib. 6. consequens est, ut bona filij administrare non possit, & per consequens videatur ipse administrationem & vsusfructum filio dimittere: qui vsusfructus ad patrem spectat secundum has leges propter administrationem. Unde ex ipsa patris remissione, quæ profitendo fieri intelligitur, vsusfructus ad filium spectat iuxta. §. fin. autem infra hac. l. Cui addatis casum alium, quo pater amittat administrationem, scilicet si dissipator sit, ut in. l. fin. §. minores. C. de sententiam passis. tradit Alexand. in. l. Imperator. num. 6. ad finem. ff. ad Senat. Consult. Trebel. Pinelus in. l. 1. 2. p. nu. 33. C. de bonis maternis. Molina lib. 1. de primogen. c. 16. num. 7. Baeza tract. de decima tuto. cap. 4. num. 8. &

per

Duæ opiniones in hoc articulo.

l. fin. §. minores. C. de sententiam passis.

per consequens vsusfructum, ut in terminis observat aduersus Ioannem Andrean Paulus num. 4 & Alexand. num. 6. in. d. l. Imperator, & est recepta sententia ex Boerio decisione. 61. num. 17. in quo manifestabitur Arelazanus in. l. generaliter. num. 168. C. de secundis nupt. Similiter etiam si propter hæresim pater fuerit condemnatus, publicatis eius bonis per hæresim, filius vsusfructum vendicabit, quem pater habebat in bonis aduentitijs filij ex ratione supradicta, & quia cessat iam patria potestas ex cap. 2. §. ultim. ubi glos. de hæret. in. 6. Alcan. de patria potest. effect. 7. quæ vna est fundamentum acquisitionis vsusfructus, ut supra notauimus: traditum est enim cessante causa, cessare eius effectum cap. cum cessante. de appellat. tradit Simanc. catholi. insti. titul. 9. num. 81. & ante eum hæc opinio probatur à Salicet. in. l. posthac. C. de bon. damn. cuius meminit Quemada quæstione fiscali. 14. pagin. 70. Pro qua sententia facit ea ratio, quod vsusfructus non potest transferri in extraneam personam. §. finitur, ibi, *quia cedendo*, insti. de vsufructu: sed bona quæ non transeunt in extraneum, confiscari non posse receptum est. l. Imperator. 12. ff. de fideicommiss. lib. vbi Bart. iura de iure patronat. Bosius in praxi. titu. de publi. bon. num. 40. & cum infinitis dicit communem Molina lib. 1. de primogen. cap. 20. num. 9. & nos diximus late supra num. 48. Quibus etiam accedit argument. in. l. 1. ff. de vsufruct. legato, ne fiscus haberet vsusfructum vsusfructus, quod iuris ratio non patitur: & quia vsusfructus non est in bonis ex eadem. l. 1. ergo confiscatis bonis, non veniunt vsusfructus, quid-

Comunis opinio.

132

Bona quæ non transeunt in extraneum confiscari non posse.

R 2 quid



quid nostri cōmilitonis in alia Cathedra substituti pagella in aliud tendat cum Gómez. lib. 2. variar. c. 15. num. 16. & Ioanne Garcia Galeto tit. de expensis num. 47. cap. 10. in fine. Quin dato, quod vsusfructus publicetur secundum eos, adhuc tamen fiscum cogendum esse restituere filio, qui matrimonium contraxit, pro constanti asserendum est, quia pater id facere tenebatur ex. l. 48. Tau. ergo & fiscus, argument. l. 3. & 4. de bon. damn. l. Marcellus. 3. §. vitim. ff. ad Trebel. l. in facto. 59. §. fiscus. ff. de conditio. & demonstratio.

Fiscus tenetur red- dere vsum fruct. filio cōiugato dato quod vsusfruct. cōfiscetur.

## De conueniendo filio in peculio aduentitio.

133 **S**EXTVS effectus est, quod etiam si filius fami. Solim posset tanquam reus esse in iudicio sine patris consensu. l. filius fami. la. 1. ff. de actio. & obligat. quia scilicet poterat obligari. l. tam ex contractibus. ff. de iud. vt de peculio solueret iuxta. l. 3. §. sed vtrū. ff. de minor. hodie tamen non potest, etsi conueniatur in aduentitijs: nam sine patre non habet legitimā personam standi in iudicio, quemadmodum nec minor sine curatore, vt in principio instit. de curat. l. in vniuersis. 11. C. qui tutores dari possunt. Quod aperte constat ex. l. fina. §. necessitate, infra hoc titu. vbi notant Fulgofius, & Corneus; & est text. per locum à speciali in cap. vltimo. in fine de iudi. lib. 6. tradit Curtius Iunior in. l. 1. num. 65. C. qui admitti. Vnde caue à glos. fin. in. §. item inutilis. insti. de inutilibus stip. & à Paul. in. d. §. necessitate. num. 6. Lanfranco in

Cap. vlti. de iudic. lib. 6.

in cap. quoniam contra. verbo, confessis. num. 5. de probat. dum dicunt filiumfam. non posse conueniri sine patris consensu: Sunt enim intelligendi in aduentitijs ex prædicta ratione: nam in profectitijs cum nihil sit immutatum ex nostra lege, habebit locum. d. l. filius fami. & ita tenet Angelus in. §. pupillus. nu. 5. i nsti. de inutil.

V N D E deducitur in his aduentitijs, in quibus pater non habet vsusfructum, nec administrationem, patris consensum non esse necessarium, ex text. in. d. cap. fin. de iud. lib. 6. per quem ita tenet Doct. communiter secundum Iaf. in. l. senium. num. 5. & ibi Riminaldum num. 3. C. qui testa. facere possunt: Gomez in. §. actiones. num. 17. de actio. Palat. Rub. in. rub. §. 42. num. 9. Etsi contrarium teneat Decius in auth. quod locum. C. de Collat. num. 6. per. d. versi. necessitate: qui text. nihil obstat, quoniam eius verba sunt hæc: *Necessitate per officium iudicis patri imponenda tantummodo filio consentire vel agenti, vel fugienti, ne iudicium sine patris voluntate videatur consentire*) Requiritur autem ibi consensus patris, quando filius conuenitur super bonis in quibus pater nō habet vsusfructum: potuit tamen habere, & sic in signum repudiationis requiritur patris cōsensus, & voluntas: & ita explicat Bart. in. l. 3. §. sed vtrum, & in. d. versi. necessitate, post antiquiores, & est recepta interpretatio secundum Ripam. in. l. 1. §. fuit quæsitum. num. 3 ad Trebel. Vel melius respōdetur, quod etsi pater in eo casu non habeat vsusfructum bonorum, super quibus filius conuenitur, non tamen negat quin habeat administrationem. Vnde ad inte-

l. fin. §. necessitate infra hoc titul.

Cōmunis interpretatio.

grandam personam filij, requiritur patris consensus secundum prædicta.

## De executione in aduentitij, pro debitis filij.

135 **S**EPTIMVS effectus notabilis est, quod cum vsusfructus aduentitiorum patri acquiratur ex nostro tex. necessarius & consequens effectus est executione pro debitis filij fieri posse in aduentitij, quæ filio quærentur, sed non in vsufructu, qui patri quæritur: Pro quo est text. in. l. pen. vbi colligunt Bald. Salicet. & Paul. num. 2. C. qui bonis cedere possunt, Alexa. in. l. si finita. §. si de vectigalibus. num. 51. de damno infecto. Sed verior videtur sententia, quod nec in proprietate aduentitiorum, possit fieri executio viuentis patre, quia si filiusfam. sine patris consensu superaduentitij contraxit, non potuit efficaciter obligari. l. fin. §. filijs autem, infra hoc titu. nec potest fieri executio in proprietate, & ita intelligit Bart. in d. §. si de vectigalibus. versiculo, sed melius col. fin. Albericus in. l. & si condemnatus. de noxalibus. l. fin. §. omnes. num. 11. de actionib. Gomez. 2. tom. vari. cap. 13. num. 12. quæ probatur ex. l. si. §. filijs autem. infra eo. Nec obstat quod videatur alienatio necessaria, quæ non censetur prohibita. Quia responderetur quod prohibitio alienationis facta in fauorem tertij, vt in hoc casu scilicet patris, etsi necessaria sit semper censetur prohibita, vt supra dixi in. 2. parte huius text. ex Bart. (quem supra retuli. nu. 87.) recepto  
omnuc

I. pen. C.  
qui bonis  
cedere poss.

communiter secundum Molinam lib. 4. primogen. cap. fin. num. 75. & hæc opinio videtur tenenda sine dubio; quia aliàs daretur occasio filiofamil. de fraudandi prohibitionem legis, contrahendo debita, quorum ratione fieret executio in proprietate aduentitiorum: facit regula text. in. l. oratio. ff. de sponsalib. quod prohibito vno, censetur prohibitum, &c. Illud vero est certum & expeditum: in vsufructu, qui est patris, nullo modo fieri executionem, quia iam hodie super aduentitij non conuenitur nisi tanquam legitimus administrator nomine filij ex glossa in. l. pater qui castrense. glos. magna, versiculo idem in aduent. de castrensi peculio. Præterquam si pater ipse consentiat, iuxta gloss. in. l. & si condemnatus. ff. de noxalib. Videtur autem pater consentire, si concesserit filio ipsius peculij administrationem, ex Barto. vbi supra. col. fin. recepto per Alexand. ibi. num. 51. cum sequentibus. l. fin. §. actiones. num. 13. de act. Abb. Panorm. consi. 66. lib. 2. Boer. decis. 7. num. 17. Quæ sententia vera est, propterea quod cum filius super aduentitij legitime contraxerit, iuxta. d. §. filijs autem, iniquum foret executionem non fieri etiã in patris vsufructu, non tanquam in bonis patris, sed tanquam in bonis filij, cum vsusfructus non confideretur, nisi deducto prius ære alieno, vt infra dicam: quidquid frustra de hac re dubitasset Rom. quem refert Alexã. supra existimans nec in proprietate fieri posse executionem, quasi pater administratione concessa, non potuerit filio alienandi facultatem. cõcedere, quam ipse non habebat: nec enim aduertit Roman. eius argum. procedere si filius patris non  
mine

136

omnuc  
ni  
nup  
309

mine contraxisset. Fatemur enim quod pater eam facultatem non habet nomine suo. l. 1. supra de bon. matern. habet tamen nomine filij, tanquam eius legitimus administrator, ex §. non autem. infra hac lege: vnde verius dicitur pater eam facultatem liberam filio dimittere, quam concedere. Item si similiter pater consenserit filio contrahenti, vel agenti in iudicio, vel se defendenti, ex glos. in d. l. 3. §. sed utrum. de minorib. verbo, inuito, ibi, *Quia prima causa consensit*, quam ibi sequitur Bart. & plurimi autores relati à Tiraquelo de legib. connubia. glos. §. nu. 150. Quæ omnia procedunt etiam in filiofamil. minor. ex Bal. in l. pen. nu. 10. C. qui bonis cedere possunt. Abb. in cap. 2. num. 15. de delictis pueror. quicquid contradicat Roman. consi. 120. quem sequitur Parisi. consi. 94. num. 41. volum. 10. Item & similiter executio in usufructu patris fiet; si filius tanquam hæres ex aliqua causa conueniatur, vel delinquat, ita ut per sententiam cõdemnatoriam maneat obligatus, (potuit enim filius delinquendo obligari. l. tam ex contractibus. ff. de iudicijs) & ratio est, quia pater habet quidem usufructum in bonis filij: cum enim bona dicantur deducto ære alieno. l. sub signatum. §. bona. ff. de verb. significat. sequitur in bonis tantum, quæ supersunt, deducto prius ære alieno, superesse patris usufructum: alias enim sequeretur, quod si filius haberet in nuda proprietate tantum, quantum debet, proprietates tota decederet à filio, & pater retineret totum usufructum, quod est absurdum, & contra filij utilitatem, cui prouidere intendit imperator. Rectius ergo fiet executio hoc modo, ut vna res

Bald sententia def. n. dicitur contra Rom.

• Executio in usufructu quomodo fiat.

tota

tota vendatur, & si illa sufficiat ad debiti solutionem, tunc in reliquis bonis habeat pater usufructum. Nec obstat text. in dict. l. penult. verb. acquiri. C. qui bon. ceder. poss. quia loquitur enunciatiue in bonis aduentitijs, nec aliquid disponit super usufructu.

Histamen notabiliter in praxi addendum est, si pater non habeat penes se vlla bona filij, & pro filio delinquente condemnationem soluerit, quod poterit mortuo patre alter filius pro parte retentionem debiti ad se pertinentem deducere, tanquam hæres in iudicio familiarum exerciscundæ, cum enim filius pro quo solutum est, naturaliter patri teneatur, necessario recipienda est talis deductio: filium vero naturaliter manere obligatum patri constat ex text. in l. peculium. §. fin. ff. de pecul. atq; etiam ex eo, quod obligatio naturalis inter patrem & filium, dominum ac seruum, nascatur ne, an non nascatur, peti debet ex causa ciuili. l. non solum. §. 1. ff. de peculio iunct. text. in princ. instit. quod cum eo. Causa vero ciuili obligaret extraneum actione negotiorum gestorum: ut in tit. toto de negot. gest. ergo filium patri naturaliter. Nec obstat quod propter paternum affectum videtur pater solutionem fecisse. arg. l. is qui. C. de negot. gest. & l. 1. & l. sub paterno. C. eod. tit. quæ iura ad hoc citat Bart. in l. stichus, de pecul. leg. Quoniam respondetur in nostro casu filium obligatum ex delicto iux. text. in l. tam ex contractibus, de iudicijs, liberatum fuisse soluente patre. l. soluendo de negot. gest. ergo locupletior redditur, atq; ideo patri obligatur. l. si pupilli. ff. de solut. Quod in dictis iuribus cessat. Sic patet non satis percepisse Doct. huius ar-

Utilis ad notatio in praxi.

S

ticuli

ticuli solutionem, qui aliter disputarunt, vt constat ex Bart. vbi supra & ex Alex.in.l. in quartam. num. 22. & ibi Rip. nu. 185. ff. ad. l. Falcid. vbi tractarunt de imputatione in legitimam, quod tamen non reperitur procedere, nisi eo casu, quo res imputanda peruenit ad filium ex titulo lucratiuo donationis, vt constat ex ijs quæ tradunt in. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. & in. l. penult. C. de collat. eo enim casu, quo filius manet patri suo naturaliter obligatus, vt in specie de qua agimus non memini me legisse textum, qui loquitur de imputatione in legitimam. Ex quo etiã illud notabile deducitur in praxi, quod si filius furtum fecerit patri suo, quo casu tenetur naturaliter. §. is quidem. Instit. de oblig. quæ ex delicto l. 1. ff. de action. rerum amot. l. peculium. §. sibi. ff. de pecul. & comprobatur sententia Salomonis, Prouerb. 28. *Qui subtrahit (inquit) aliquid à patre suo, & à matre, & dicit hoc non esse peccatum: particeps homicidæ est.* Mortuo patre confusa obligationis propriæ parte in persona filij debitoris, secundum quæ dicta sunt supra nu. 127. manebit in residuo fratribus suis obligatus naturaliter, ac oportebit, quod in diuisione hæreditatis ab his fiat diuisio per viam retentionis, quæ secundum prædicta fieri potest, si enim omittatur, non dabitur postea actio aduersus fratres, quoniam ex furto naturaliter tantum tenetur.

De retentione dimidiæ partis vsus fructus penes patrem, in præmium emancipationis.

OCTA

**O**CTAVVS effectus est, quod pater emancipando filium, poterit dimidiam partem vsus fructus retinere in præmium emancipationis, vt in. §. cum autem infra hac lege, & in. §. hoc quoq;, instit. per quas personas nobis acquir. l. 15. tit. 18. part. 4. Et quamuis Cifuentes in. l. 48. Taur. per text. ibi, existimet id esse correctum: verius tamen est correctum non esse. Nam tex. in. d. l. 48. non loquitur quando filius exijt à patria potestate per emancipationem, sed solum quando exijt per matrimonium, & ita aduertit Gomez. ibid. nu. 6. Correctum tamen esse apud Lusitanos. lib. 4. Ordinat. tit. 78. §. 2. tradit Pinel. in. l. 1. 1. part. num. 39. C. de bon. mat. Scias autem hanc decisionem iuris communis ex eo descendere, quod tempore emancipationis pater habebat vsum fructum Nam si vsusfructus esset penes filium, cessaret hæc decisio, vt patet ex tex. in. d. §. cum autem ibi, nisi se se ab huiusmodi alienauerit. & ratio est, quia tunc pater emancipando nihil amitteret, nec de proprietate, nec de vsufructu.

138 Difficilis tamē est hæc decisio supradicta, quoniam cum patria potestas sit inæstimabilis, vt in. l. filius familias. 117. §. secundum vulgarem. ff. de leg. 1. nihil potest dari pro pretio illius: & ita sensit Iure Cõs. in. l. vxorem. §. hæres. ff. deleg. 3. & eadem ratione fit, vt seruus manumissus grauari non possit. l. planè la segunda. §. si. ff. deleg. 2. Vnde videbatur, nec filium emancipatum grauari posse à lege, vt dimidium vsus fructus patri remittat, nec patri aliquid dare possit, vt eum emancipet. Quã difficultatem sentit Cuiac. in. d. §. hoc quoq;, nec eã satis dissoluit. Tu dic, quod

S 2

filius

Pro explicanda l. 48. Taur. contra Cifuentes animaduersione.

Notabile in praxi aduertitur.

Prou. 28.

Secunda pars

Soluitur di-  
ficultas p-  
ter Cuiac.  
& alios do-  
ctores.

filius emancipatus non grauatur in proposito, vt ali-  
quid det patri suo, nec etiam datur patri aliquid cum  
onere emancipationis: id enim fieri non potest, vt in  
dictis iuribus (quamquam in testamento si fiat, talis  
voluntas aliquando obseruabitur iudicis officio. l. si  
cui de cond. & demonstr. idq; ex ratione tex. in. d. l.  
Quintus Mutius in fin. de annuis leg.) sed lex ipsa pa-  
tri concedit dimidiam partem vsus fructus, si filium  
emancipauerit, & sic sub conditione, quomodo recte  
fieri potest. l. si quis in testamēto. ff. de cond. instit. l.  
vtrum, de condit. & demonstrat. l. assignare de assign.  
libertis.

139 Vnde intelliges tex. in. d. §. cum autem, ibi, ob-  
tinenti, vbi pater, etiam si nihil retineat in vsu fructu,  
tamen eum lucrabitur, nempe quia filij est, & ab ipsa  
lege datur patri sub conditione, quæ impleta fuit: si  
enim filius habeat bona profectitia, propterea quod  
ea sunt patris, non verò filij, vt hic necesse est, vt pa-  
ter emancipando filium, expressè ea retineat, aliàs vi-  
debitur donationem perfecisse. l. donationes. §. pater  
ff. de donatio. & ita distinguit Angel. in. dict. §.

hoc quoque, per quas per-  
sonas.

INCI-

71  
I N C I P I T T E R -  
tia pars huius legis in  
vers. exceptis

S V M M A R I V M.

- 140 **C**astrense peculium quid sit, & ad quos pertineat.
- 141 **I**n intellectu ad. l. Scius Saturninus. ff. ad Senat. Cō-  
sult. Trebel.
- 142 **D**atum à fratre commilitone, vel ab amico, censetur oc-  
casionē militiæ esse quæsitum & castrense sit.
- 143 **C**astrense an aliquid sit, vel non, pendet magis ex iu-  
ris dispensatione, quam ex voluntate donantis, &  
ideo quæ occasione militiæ sunt acquisita, vel quæ  
ad munus belli sunt apta, castrensia fiunt, & ibi, de  
intellectu. l. diuus. ff. de castrens. pecul.  
*Intellectus ad. l. tutor. §. 1. ff. de excusat. tutor.*
- 144 **I**n intellectu ad. l. cum allegas. C. de castren. pecul. lib. 12.
- 145 **B**ona castrensia ad patrem spectare, solumq; admini-  
strationem, & dispositionem filij esse ex constitu-  
tionibus, & indulgentijs Imperatorum verius est  
ita vt administrante, alienante, aut alias disponente  
filio, dominium videatur nunquam patris fuisse: sed  
non disponente retrò dominus pater credatur, quasi  
iure post liminij semper fuisse. & nu. 149.
- 146 **I**n intellectu ad. l. 3. C. de bon. proscrip.
- 147 **P**ater sic se habet in ijs bonis castrensibus, sicut maritus  
in re dotali, & vxor in bonis lucratis constante ma-  
trimonio, quæ omnes dominos esse constat, licet alie-

*nate non possint.*

- 148 *Intellectus ad.l. Imperator. ff. ad Senat. Con. Trebel.*  
149 *Intellectus ad.l. penult. & fin. ff. de castr. pecul.*  
150 *Intellectus ad.l. ex castrensi. §. seruos. ff. de castrensi pecul.*

## De bonis castrensibus.

140  
Peculiū ca-  
strē est,  
quod filiū  
famil. ha-  
bet occas-  
sione mili-  
tiæ.



Rimo aduerte castrense peculiū esse, quod filius familias habet occasione militiæ, quod si non militaret, acquiratur nō fuisset. l. castrense. ff. de castrensi. pecul. tra dit Paul. Iure Consult. lib. 3. sententiarum. tit. 4. vers. filius fami-

lias, quæ doctrina verior est & magis generalis, quā alia quæuis. Nec minū colligitur ex multis iuribus, sic necessario intelligendis, scilicet, ex. l. 3. 4. 5. 6. & 8. ff. de castrensi. pecul. in. l. 1. C. eodem lib. 12. l. 4. C. familiæ eriscundæ. l. 2. tit. 3. par. 8. eam ponit Azo in Rubric. huius tituli. gloss. Aretin. & alij in §. igitur liberi. instit. per quas personas nobis acquiritur. Platea, & alij in. d. l. 1. C. de castr. pecul. lib. 12. Doct. Esp. neminē referens in glo. rubr. 4. p. specul. testam. nu. 13. Corraf. in. l. frater à fratre. 1. p. n. 56. qua de re plura cōgerit Caldas. in. l. si curatorē verb. legis. n. 90. Na uar. in man. c. 17. n. 141. Claud. li. 2. de iure milit. c. 11. Ant. de Quesad. diuersarū quæst. c. 7. Qui omnes intelligunt dicta de terrestribus milit. procedere in liminarchis, siue limitrophis, itē in naufrerijs, nauarchis, & remigibus, ex. l. 1. §. itē nauarchos. ff. de bon. posses.

*De bonis qua liberis, &c.*

72

posses. ex test. milit. tradit Bald. in præsent. num. 17. Greg. in. l. 6. verb. *destos lugares*, ti. 17. p. 4. Ex cuius de cisione verisimē illustratur difficilis tex. in. l. Seius Saturninus. 46. ff. ad Senat. Conf. Trebel. vbi præterito filio in potestate præsupponit tex. testamentū vale re contra omnia iuris principia legis inter cætera. ff. de liber. & postu. in prin. Inst. de exhæredat. liber. de quo miratur scribentes, varijs in locis tradentes diuinatorios, & cōmentitios intellectus, cū tamen tex. ille sine vlla diuinatione possit accipi, scilicet, intelligēdo testatorē ibi archigubernū fuisse, hoc est, Principē gubernatorē ex classe Britanica, & cōsequēter iure militari prætereundo filiū, potuisse testari. §. penul. Inst. de exhæred. liber. l. sicut certi. l. si cū, vel in vtero. C. de test. milit. & ita vetē & elegāter explicat Costa in. §. & quid si tantū. 1. p. n. 62. refert & sequitur Mencha. de successio. creat. §. 24. n. 14. nec bene restringit Rip. in. l. ceterio. n. 11. ff. de vulg. sed tamē melius & generalius loquitur in. l. miles. n. 6. ff. de re iudic. Quibus addi potest prædicta etiā inferri ad milites, siue satellites, qui latus Principis agūt, & militāt vti probatur arg. l. 1. C. de pecul. Palat. lib. 12. l. fi. C. de filētiarijs eodē lib. & cōprobat. l. 6. & 7. ti. 17. p. 4. vbi castra interpretatur nō solū pro loco expeditionis, sed etiā pro castello, vel Curia Regis, vt sic acquisitū in ijs locis, eorū intuitu, nō minū castrense peculiū appellerur. Ex hac tamē superiori diffinitione videtur superflua distinctio Bar. in. l. si fortē. ff. de castr. pecul. quod enim pater, aut mater cognati aut amici filio familias militi vel eunti ad castra dederunt, si ad munus belli aptum censeatur, occasione militiæ datum

142

L. 1. C. de castr. pecul. lib. 12

datum intelligetur, & propterea efficietur castrense l. 1. C. de castren. pecul. lib. 12. ibi, *eunti*, & ita intelligitur tex. in l. 3. §. 1. ff. de fideicommissarijs libertatibus. Si verò belli ministerio non conveniat, potius ob amicitiam, ob sanguinem, vel cognationem, aut pietatem paternam datum intelligemus, quã ob militiam, nec tunc erit castrense. l. si militi. l. si fortè. ff. de castrensi peculio. l. 4. C. fam. erciscundæ, nisi ab ijsdem cognatis aut fratribus cõmilitonibus datum sit: tunc enim magis propter militiam datum videtur. l. hæreditate in principio de castrensi peculio. l. 4. C. eodem lib. 12. & inde intelliges fuisse necessariũ Imperatoris rescriptum in casu. l. diuus. ff. eodem tit. cũ enim amicitia & coniunctio vxoris ratione militiæ inita non fuisset, videbatur hæreditas vel legatum relictum marito militi, quã situm esse magis propter amicitiam, quã propter militiam, vnde interpolatum est rescriptum, vt talis hæreditas castrensium fieret: quamvis enim amicitia vxoris non fuit inita ex castris, quia simul non militabant, fuit tamen inita in castris, & ita videtur colligi ex l. dotem eodem tit. vbi fit mentio eiusdem rescripti, aliàs enim si ante militiam matrimoniũ fuisset contractum, videretur hæreditas magis ob amorem conjugalem relicta, quã ob militiam, atq; ideo castrensis non fieret, & ita intelligo text. alias difficilem in dict. l. si forte. ff. de castrensi peculio.

L. tutor. §. 1. ff. de excusat. tut. explicatur.

143 Hinc tamen nõ levis difficultas insurgit ex tex. in l. tutor. §. 1. ff. de excusation. tutorum, quatenus probat legatum relictum filio per patrem, magis cõferi relictum tanquam filio, quam tanquam tutori. Papi-

Papinianus enim ita ait. *Quæ tutoribus remunerandæ fidei causa testamento parentes relinquunt post excusationẽ ab hæredibus extraneis quoque retineri placuit: quod non habebit locum in persona filij quem pater fratri cohæredem, & tutorem dedit, cum iudicium patris, vt filius, non vt tutor promouerit.* Quem tex. in hãc rem adducit Palacius Rubeus in rubri. §. 45. num. 16. Romanus singulari. 652. Peralta in l. legatum. n. 6. de legatis. 2. facit text. in l. fin. C. de dotis promissione. & l. profectitia in fin. ff. de iure dorum: ergo videbatur, quòd legatum relictum à fratre vel cognato cõmilitone, magis relinqueretur ratione fraternitatis aut cognationis, quam militiæ: & in hac difficultatè Doctor. cõmuniter resoluunt sumendam esse præsumptionem magis fauorabilẽ legatario, & hoc in dubione actus pereat argu. l. quonies. de verb. atq; ideo in vtroq; casu inspicere debere fauorem filij: altero, vt legatum conseruetur, vt in d. l. tutor. §. 1. altero, vt fiat castrensium vt in specie proposita, & ita Decius in l. si donatione num. 14. C. de colla. Alex. in l. si tibi. §. si pactus. nu. 6. ff. de pactis. Iason. in l. quod dicitur la. 2. num. 21. de verborum. Gomezius in §. actiones nu. 14. de actionibus. Alciatus regui. 1. præsumptione. 35. Tiraquel. in l. si vnquã verbo donatione largitus nu. 74. & 83. C. de reuocandis donationibus. Sed hæc solutio vera esset si vtroque casu ageretur solum de interpretanda voluntate donantis, quod admittimus in specie. d. l. tutor. §. 1. non autẽ in proposito vbi id quod datur, sit ne an non castrense pendet magis ex iuris dispositione, quam ex voluntate donantis. d. l. si forte. Tertullianus enim ita eleganter expressit. *Si forte*

Tertia pars.

Vxor vel cognatus vel quis alius non ex castris notus filiosfamilias donauerit quid, vel legauerit & expresserit nominatim, ut in castrensi peculio habeat, an possit castrensi peculio aggregari? & non puro. veritatē enim spectamus, an vere castrensium notus, vel affectio fuit, nō quod quis finxit. Vnde dicas q̄ in his casib⁹, & in specie. d. l. 4. ideo bona sūt castrensia, quia occasione militiæ sunt acquisita, primo quia sunt apta ad munus belli, deinde quia si militiam nō fuisset, acquisita nō fuisset, ut patet: Credim⁹ igitur relicta esse magis tanquā à milite militi, quā à fratre fratri, creuit enim amor fratern⁹ ex vsu militari ita ut nō cognatio sed amicitia militaris causam præberet ut deprehēdi potest ex illo Eccles. c. 29. *Necessitudine domus mea hospitio factus est frater.* Quæ solutio tollit difficultatē, & vera est: licet aliter interpretentur. Corr. li. 2. Miscellanearū. c. 4. Coua. in. c. requisisti. n. 8. de test. & sequitur Baldui. in. §. 1. verb. Castrē fibus: instit. per quas personas nobis acquiruntur. Nec omittēdū est vltra DD. circa tex. in. d. §. que tutorib⁹. Papijanū in ea especie dūtaxat loqui de filio, in quo longē maior ratio vigeat, iuxta tex. in. l. si. in princ. versiculo. quis enim. C. de curatore furiosi, & tamē nihilominus per omnes scribētes vbi supra satis cautē adduci & extendi ad alios consanguineos: quæ extēsiō licet in alia materia denegetur à Iu. Conf. in l. 3. §. liberis. ff. de leg. præstā. in hac tamē de qua loquimur, expressē conceditur à Rom. Pont. in. d. c. requisisti. versiculo si vero. & à I. C. in. d. l. dotē. §. hæreditatē. ff. de castrēsi peculio: nec minus in contrariū retorqueri potest. tex. in. d. §. liberis, quaten⁹ etiā in ea specie, & materia opus fuit extēsiōnē denegari.

Ecclesiast.  
cap. 29.

Conse-

De bonis qua liberis, &c. 74

144 Consequitur ergo adhuc ex prædictis ad. d. l. cū allegas. 4. C. de castr. pecul. lib. 12. quod ibi ille frater non videatur institutus ex eo, quod frater, sed ex eo, quod miles, potueritq; magis ratio moralis, quā naturalis, hoc est affectio ratione militiæ, quā ratione fraternitatis, atq; ideo ad castrense peculium ea bona pertinere, ut explicatū est supra. In quo tamē notabiliter aduertendū est, quod si de eisdē bonis testari velitis frater iā factus hæres sui fratris, debet attempto iure nouo patri suo legitimā relinquere, quoniam licet in persona fratris testatoris fuerint bona profectitia, in persona tamen fratris hæredis iā sunt aduentitia, attendente decisione nostri tex. in hac. l. cum oportet: ideoq; tenebitur legitimā patri relinquere, ut explicauimus supra in prima parte de bon. profectitijs. Quæ sententia ad fratres simul studentes, & habentes iā peculium castrense trahi debet, ut si vnus à patre receperit donationē studij causa factā, & is fecerit fratrem hæredē: talis hæreditas quāuis sit quasi castrensis, aduentitio iure quæsitā est, & in ea habebit is frater secundus patrē suum hæredem, ex. l. 4. supra hoc titulo. & ex. §. sub hac. infra hac lege: ideoq; debet legitimam relinquere: authen. præbyteros in fin. C. de Episc. & cler. & in authent. ut cū de appell. cognos. §. sancimus. coll. 8.

Singularis  
adnotatio

145 SECVNDO principaliter in nostro text. ex versiculo, *Nec vsum fructum, ibi. exceptis.* Colligo bona castrensia etiam de iure antiquo in plenum spectare ad filiumfam. vti etiā probatur in. l. 2. ff. ad Sen. Consul. Macedon. & constat ex. l. fin. C. de inofficio. testam. ibi (filiusfamil. miles in bonis castrensibus

T 2 cense-



censetur paterfam.) totumq; ius esse filij, & non patris, vt in. l. 3. C. de Castren. pecul. lib. 12. l. ex nota. l. ex castrenf. & in. l. pater. §. fin. ibi. (plenam proprietatem) ff. eodem. l. 3. §. 1. ibi (filio quaeritur). ff. de donatione. inter vir. & vxor. & in. l. si pater. ibi (patri nō quaeritur). ff. ad. l. Cornel. de Falsis. l. 1. §. nec castrense. ff. de collat. bonorum, quatenus ex bonis quæ conferuntur eximit. I. C. castrensia. cum enim sola filij bona conferantur, text. in. l. 1. in princip. eod. titul. non erat necesse castrensia excipere, si patris fuissent: igitur tanquam bona filij autoritate constitutionū excipiuntur ab onere collationis: quibus iuribus pater ius bonorum castrensiū propriū esse filiorum, & ita ex ijs docuerunt & obseruarunt antiquiores communiter.

146. Melior tamen est sententia dicentium ea bona etiam iure antiquo ad patrem spectare ex generali regul. d. l. placet, solamque filij esse administrationem, prout tenuit Cuius. Balduin. & Hotom. in. §. igitur liberi, instituta per quas personas nob. acquir. idem Balduin. in Iustinianum lib. 3. pag. 131. à quibus (licet taceat) habuit Caldas in. l. si curatorē. ver. l. æsis. num. 93. qui debuisset videre Costam id eleganter tractantem in. l. qui duos. §. cum in bello. verb. patris. de rebus dubijs: & forsan ante eos ita explicuit Accur. in. l. ult. verb. iudicio. ff. ad Tertul. & in. l. pater. 17. verb. testamento. versiculo vnde. de castrēsi pecul. In quem sensum reperio apud Græcos generaliter peculium ita definiri τὸ ἀμιλογ πρὸς πατέρα οὐδαμῶς, μὴν ἢ κατὰ τοὺς ὑπερσσοίς. Pro quo etiam considerantur. l. pater furioso. ff. de ijs qui sunt sui. l. 1. in princ. ff. si quis à pat.

à par. fuer. man. mis. verb. quodcunque. Quæ verba tā ampla & generalia satis indicāt etiam castrensia aut quasi castrensia includi in regula. d. l. placet. argu. l. à procuratore. C. mādati, nihilque ab ea regula fuisse exceptum, nisi quæ quaeri nullo modo poterant, vt ius personale cohærens filij personæ, nempe ius militiæ, quod dumtaxat ab Vlpiano excipitur in. l. 3. §. si quid. ff. de minoribus, vt eleganter declarat Bald. vb. supra. Postea vero principum constitutionibus priuilegium armatæ militiæ tributum est, & speciali beneficio militibus filijs concessum, vt in castrensi peculio vicem patrum familias obtinerent, idq; expressè constat ex Vlpian. in. l. 1. §. nec castrense. versiculo hoc autem, ibi (multis constitutionibus). ff. de collatione bonorum. l. 4. §. 1. ibi (principales constitutiones) & ex. l. hæreditate. §. pater, ibi (iure concessio). ff. de castrenf. pecul. cum alijs infra referendis.

147. Ex qua verissima interpretatione iam refulget sententia elegans text. in. l. 3. C. de bon. proscriptorum, quam ibi admirantur Salicet. & cæteri rationem inuestigantes: rescripserunt enim Cæsares delinquente filiofamil. bona castrensia non auferri patri. Si enim iure proprietatis, & dominij ad filium spectarent, confiscari deberent, iuxta regulam text. in. l. si ademptis. C. de sententiam passis. l. in deportatorum. C. de pœnis. l. ex iudiciorum. de accusatio. quicquid aliter intelligant DD. prout refert Alex. in. l. si finita. §. si de vectigalibus num. 44. de damno infecto.

148. Quæ confiscatio cum non fiat in. d. l. 3. ex eo

est quia ea bona filij nō sunt, sed patris, qui in his bonis sic se habet, quemadmodum vxor in bonis lucra-  
tis constante matrimonio, quorum libera dispositio  
marito permessa est ex. l. 5. ibi. *Que los pueda enagenar  
el marido*, vbi latissimè Matienço glos. 6. tit. 9. lib. 5.  
Cōp. soluto tamē matrimonio, retrō, & ab initio sem-  
per domina fuisse intelligitur pro sua parte, nimirum  
eorum bonorum quæ supersunt eo tēpore, vt tunc  
ius vxoris retentum, & illud antiquum dominiū pro-  
rumpere incipiat, cū iam maritus de illis bonis dispo-  
nere non possit, vt elegantissimè ad interpretationē  
similis consuetudinis obseruat Molinæus, ad con-  
suetud. Paris. 1. part. §. 25. num. 1. & 2. Idemque etiam  
patet in. l. ex castrensi. ff. de castrensi. pecul. vbi ait Iur.  
Consult. patrem sic se habere in his bonis, sicut se ha-  
bet maritus in re dotali, quem dominū esse constat,  
licet disponere nō possit, vt in principio quibus alie.  
licet vel non.

149 Quare pro resolutione obserua autoritate  
constitutionum Principum, quibus priuilegia ca-  
strensis peculij conceduntur, filium famil. non fieri  
dominum, sed administratorem: ita tamen, vt si vta-  
tur iure sibi concessio, credatur retrō dominus fuisse.  
Si vero non vtatur, credatur semper pater domi-  
nium retinuisse iure patriæ potestatis: quod ex. l. ser-  
uū filij. 46. in principio. de legat. 1. & l. fin. ff. ad Ter-  
tul. (in cuius licet casus fictione turpiter lapsus sit Vi-  
uianus) aperte constat, & ex. l. 2. & in. l. proponeba-  
tur. 9. ibi (non nunc ei obuenisse). l. hæreditate. 19. §.  
pater, ibi (ius patris cessabit) & ibi (antiquo iure) de  
Castrensi peculio. l. filiusfamil. 18. ibi (ius pristinum)  
ff. ad

ff. ad. l. falcid. Nec enim ex priuilegio filijs militibus  
concesso, ius antiquum parentis omninō abrogatū  
fuit & penitus extinctum: cessat potius & in suspen-  
so est quādiu filius viuit, & suo priuilegio vti po-  
test, proindē filio intestato mortuo ius patris anti-  
quum vires sumit, & effectum, retrōque haberi in-  
cipit, vt eleganter probatur ex supra citatis iuribus,  
quæ aliter nequaquā accipi poterant. Nec diuersum  
significant iura quæ dicunt proprietatem plenam  
ad filium spectare, vel totum ius filij esse, vel ea bo-  
na filio acquiri, vel nullum ius patrem in his babe-  
re, vel filium esse dominum. Debet enim intelligi  
lato sumpto vocabulo, respectu administrationis,  
quæ tota filij est, non patris, scilicet, quia ius dispo-  
nendi de re castrensi, & totum emolumentum in-  
filio est, & non in patre: quo sensu dicitur seruus  
peculij castrensis acquirere filio, non patri. l. pater.  
§. 1. ff. de castrensi. pecul. Ita quidem vt administran-  
te, alienante, aut alias disponente filio, dominium  
videatur nunquam patris fuisse, sed filio non dispo-  
nente, retrō dominus pater credatur quasi iure post-  
liminij, vt in dict. §. pater, vbi Iur. Consult. id mag-  
no cū ingenio magis probat circa quæstionē de fa-  
cto emergentem, vbi inducit alias iuris fictiones,  
in quibus id ipsum contigit, vt patet ex. l. illa institu-  
tio. §. 1. ff. de hæred. instituend. l. si tibi homo §. cum  
seruus. ff. de legat. 1. l. si fundum. de conditio. & de-  
monstratio. l. 3. §. si autem auaritiæ. C. communia  
de legat. Postquam enim filiusfamil. miles disponit  
de re castrensi, propterea tunc patris acquisitio  
cessat, vt etiā sit in. l. sed & si pater. §. 1. ff. ad Maced. &  
in

### Tertia pars

in simili est bonus text. in l. siue vxor. de donat. inter. Vnde fit vt præmortuo patre, cessante etiam patria potestate, dicamus filium semper dominum fuisse, & ad collationem fratribus faciendam teneri, iuxta l. 1. in principio. ff. de collat. bonorum, nisi is casus exciperetur propter priuilegiū militare. d. l. 1. §. nec castrense. ff. de collatione bonor. qui text. ita inductus nihil facit pro communi.

150 Et secundum hanc interpretationem ex prædictis intelliges textum difficilē in l. Imperator. 50. ff. ad Senatus Consult. Trebel. cuius verba sunt hæc. *Imperator Adrianus, cum Iunius Cerealis filio suo Iunio Simonidi, si in potestate sua esse desisset, hereditatem restituere rogatus esset, ac multa in fraudem fideicommissi fieri probarentur, restitui hereditatem filio iussit, ita ne quid in ea pecunia quandiu filius eius viueret, iuris haberet. Nam, quia cautiones non poterant interponi, conseruata patria potestate, ideo damnum conditionis propter fraudem inflixit. Post decreti autem auctoritatem in ea hereditate (filio militi) comparari debuit, si res a possessoribus peti, vel etiam cum debitoribus agi oporteat, &c.* Qui text. obscurus est, quatenus ibi Papinianus æquiparat filium famil. militem, & eum, cui propter prodigalitatem patris hæreditas ex Trebelliano restituitur ante tempus; quem dominum esse, dum pater viuit, nemo admittit, secundum tempora. d. l. placet, ergo nec filius familias miles ex bonis castris faciant notata per Nauar. tractat. de reddit. eccles. ex num. 25. Comparat igitur polchrè Papinia. filium fideicommissarium militi, vt perinde habeatur in ea hæreditate, ac miles in suo peculio castrensi. cum enim hæreditas

### De bonis qualiberis, &c. 77

reditas in ea speciē verè castrensis non sit, & comparatio generaliter non fiat quo ad omnia, sed dumtaxat in illo casu particulari, nempe ad effectum agendi, & conueniendi in iudicio, vt ex litera constat, plane sequitur in alijs cessare priuilegium, vt sic filius familias in ea hæreditate nec testari possit, nec sine patris voluntate donare causa mortis. l. tam is. §. si. ff. de donat. causa mortis; quod prudenter obseruat Bart. ibi num. 3. Ias. in l. finali num. 3. ver. f. septimo. C. qui testament. facer. poss. & Cuiac. in l. 6. ff. de testam. licet hodiè contrarium sit dicendum ex l. 5. Taut.

151 Secundò ex eisdem principijs faciliè intelliges tex. in l. penul. & in l. fin. ff. de castr. pec. vbi si pater dederit libertatem seruo peculij castrensis, & postea decedat filius intestatus, tunc valere talem libertatē probat Triphonin. & Paul. idq; nulla alia ratione, quā quia data est ab eo, qui dominus erat tempore dationis libertatis, cū aliās quāuis postea acquisisset dominium ipsius serui, libertas non potuisset valere vt in l. si seruo. 20. ff. qui, & a quibus.

152 Tertiò intelliges tex. in l. ex castrensi. §. seruos de castr. pecul. dum Iur. Con. Martian. ait, posse patrem acquirere seruitutem prædio castrensi, quam tamen acquirere non possit, si dominus non fuisset. l. 1. & 2. ff. communia præd. nec enim possit pater filio acquirere id quod omnino filij esset futurum. l. quod dicitur. la segunda de verb. l. cum dos. ibi per patrem. ff. de pactis conuentis. Id autē ex eo fit propter ius, quod pater in suspenso habet, vt sic quasi dominus possit castrensi prædio seruitutem acquirere. licet non imponere, ne cōtra priuilegium filij faciat, ideoq;

ideoq; eleganter, & subtiliter comparatur à Iur. Cōf. ibi ei, cui à iure ob dissolutionem morum bonis suis interdictum est, quem constat dominum esse: patrimonium tamen suum augere posse, non minuere. l. is cui bonis. ff. de verbor. obligat. sic patri, idest domino ob privilegium militiæ castrensis bonis interdicatur, ne noceat & perdat, sed magis filio consulat: explicavit ingeniosè Cuiac. in .d.l. is cui bonis & in .§. i. institut. per quas personas. Et hinc etiam est quòd mortuo filio ab intestato, magis dicitur ea bona non discedere à patre, quam & de nouo acquiri, vt patet ex iuribus suprà citatis: & magis iure peculij, quam hæreditario pertinere. l. 2. l. proponebatur. ff. de castr. pecul. Et eo deportato perindè ac mortuo. ex. l. 1. §. si patruus. ff. de coniungen. cum emancipat. liber. eius, à patre nō auferri dicatur, quasi quod eius proprium est, sine facto suo ad alium transferri non debeat, nec queat. l. id quod nostrum. ff. de regulis iuris, vt satis exprimit vis uerbi *auferri*, de quo in dict. l. 3. C. de bon. proscrip. adiuncta. l. nec uilè ibi, auferte dominium. ff. quibus ex causis maiores.

## Effectus bonorum castrensiū.

## S V M M A R I V M.

- 153 **C**astrensiā profecta à patre, hoc est, quæ pater ipse filio eunti ad bellum dederit, ex privilegio non conferuntur, quæ uero filius familiæ miles aliunde quasiuit, vt sunt stipendia militaria, & spolia hostium, iure communi sine ullo privilegio sunt præcipua ipsius filij.
- 154 Morte filij intestati, castrensiā profecta a patre, iure peculij ad patrem spectant: aliunde uero acquisita iure hæreditario deferuntur patri ex iure nouo, tanquam aduentitia, & ibi de intellectu nostri text.
- 155 Differentia an pater succedat iure hæreditario, an iure peculij.
- 156 Fiscus, cui bona alicuius ex delicto, vel tanquam uacantia deferuntur, non tenetur ultra uires bonorū, & si talia bona uediderit, ipso iure liberabitur, transferetq; onus in emptorem.
- 157 Monasterium non tenetur amplius, quàm sit in bonis monachi professi, ad similitudinem patris arrogatoris, qui tenetur tanquam bonorum successor profilio arrogato. Illam autem erroneam & falsam allegationem, quæ iam in prouerbiū abiit, monasterium haberi loco filij, penitus extirpandam esse ostenditur.
- In intellectus ad. l. filius famil. ff. de castr. peculio.
- 158 Peculium transit cum onere suo.

159 *Filiusfamil. miles licet hodie testari possit sine metu querelæ, id intelligitur procedere in bonis castrensibus, quæ à patre sunt profecta, nõ in ijs quæ aliunde obuenerunt, cũ in eis patri querela adhuc cõpetat.*

160 *LexFrater a fratre, virũ procedat in castrensi peculio.*

## De collatione peculij castrensis.

153



153 **D**imus effectus, quod hodie & si castrensia fuerint profecta à patre, in xta. l. i. C. de cast. pecul. lib. 12. non tamen conferuntur à filio durante priuilegio. l. i. §. nec castrense. ff. de collat. bon. cuius verba sunt hæc. *Nec castrense, nec quascastrense peculium fratribus confertur: hoc enim præcipuũ esse oportere, multis constitutionibus continetur.* & in. l. fin. C. de coll. in quibus locis à collationis regula excipiuntur castrensia, quasi aliàs sub eadem regula includerentur tanquam bona filij: & ratio exceptionis est, quia regula procedit in bonis filij, quæ tamen potuerunt patris esse. Cum enim emancipatus succedat ut suus, recisa capitis diminutione. l. 6. in fine. ff. de bono. posses. conferre in medium debet ut suus, prout argutè argumentatur Iure Conf. in. d. l. i. in princip. Hæc autem bona castrensia, mortuo prius patre perinde habentur ex priuilegio constitutionũ, ac si semper filij fuissent; nec vllõ modo ad ius patris spectarent, quia ut supra explicauimus, non pertinent ad patrẽ

patrẽ nisi mortuo prius filio sine testamento. Ideoq; mortuo prius patre. eximuntur à iure collationis, vt docet Conf. sic intelligendus in. l. cum duobus, aliàs. l. si fratres. §. 5. §. idem Papinianus. ff. pro socio, licet aliam rationem vt suam & nouam non minus eleganter tradat Costa in. 3. §. p. num. 229. quam etiam ad verbum prius retulit Rimin. Senior vt refert Rimin. nald. Iun. in. l. si emancipati, num. 291. C. de collat. Cætera tamen, quæ filiusfamilias miles aliunde que-siuit, vt sunt stipendia militaria, & spolia hostiũ, iure communi sine vllõ priuilegio sunt, præcipua ipsius filij. Iux. tex. in. l. vlt. C. de collat. ibi. (utenim castrense peculiu in commune conferre in hæreditate diuidenda, & ex prisca iuris autoritate minime cogebatur. &c.) notãdo verba (& ex prisca iuris autoritate) l. fideicommissaria. §. 1. verũ cætera. ff. de fideicommiss. libert. & in. d. l. i. §. nec castrense. ibi, hoc enim præcipuum esse oportere multis constitutionibus continetur. At hodie in regno Castellæ indistinctè castrensia non esse conferenda, expresse probatur in. l. 3. tit. 4. par. 3. & in. l. 5. tit. 15. par. 6. In nostro vero regno castrensia aliquando conferuntur, vt cõstat ex lib. 1. Ord. tit. 77. §. 1.

Notatur  
Costa.

## De successione in bonis castrensibus.

**S**EC VND V.S. deducitur effectus, quod licet hodie ius castrensium peculij intactum sit ex nostra constitutione, tamen cum mortuo filio bona desi-

finant esse castrensia. l. per procuratorem. 2. part. ff. de acquir. h. red. illa quæ filius habet à patre morte filij intestati, tanquam profectitia spectabunt ad patrem iure peculij. l. 2. ff. de castrensi peculio, vbi Vlpianus (si filius familiæ, inquit, miles decesserit siquidem intestatus; bona eius non quasi hereditas, sed quasi peculium patri deferuntur, &c.) Aliunde vero acquisita, iure hæreditario deferuntur patri, ex iure novo tanquam adventitiæ, vi in §. *Sub hac tamen diffinitione* (inquit Imperator infra hac. l.) *hunc legis articulum ducimus, ut in successione quidem earundem rerum, quæ extrinsecus filijs famil. acquiruntur, iura eadem observantur, quæ in maternis, & in nuptialibus rebus statuta sunt.* Et probatur in principio instit. quibus non est permillum; ibi (iure communi) explicando v. supra dixi in 2. par. num. 82. Quod enim textus noster in præsentia dicit nihil esse correctum, intelligitur respectu administrationis, quam filius habet tanquam paterfamil. l. 2. ff. ad Maced.

135 Differentia autem an pater succedat iure peculij, an iure hæreditario, hæc sunt. Primò quia si iure hæreditario admittitur, debet adire hæreditatem; aliàs non transmittet, vt in l. vni. §. in nouissimo, C. de caducis tollendis. Secundò tenebitur inuentariù facere, aliàs in solidum obligatus erit. l. fin. §. fin. autem. C. de iure deliberandi, eritque obligatus perpetuò ex quasi contractu. l. apud Iulianum. §. vlt. ff. quibus ex causis in possessionem eatur. l. pater qui castrense. ff. de peculio castrensi. At si pater occupat bona iure peculij, non tenebitur ea adire, quanuis enim moriatur antequam bona filij vendicat,

dicet, rectè transmittet, & etiam ignorans. l. 1. §. si si qui. ff. de collar. bonorum, tradit doctissimus Emanuel in. l. qui duos. §. cum in bello, verbo patris. ff. de rebus dub. Neque etiam tenebitur inuentarium facere, & quamuis non fecerit, ipso iure vltra vires peculij, nõ obligabitur, vti probat Ias. in. l. si infanti. n. 8. C. de iure deliber. Viglius in princ. institut. quibus non est permillum facere testametu. n. 2. r. Mifingerius. centur. 2. obseruat. 93. quidquid aliter censet Aretin. in Rubric. ff. de acquir. hæred. Item & solum intra annum post mortem filij poterit conueniri. l. pater qui castrense. ff. de castrensi pecul. vbi Papi- nianus ita eleganter expressit. (Pater qui castrense peculiu intestati filij retinebit, æs alienum intra modu eius, & annu vtilè iure prætorio soluere cogitur idè si testamento scriptus hæres extiterit, perpetuò ciuilitè vt hæres conuenietur.)

156 Quæ differentia apertius patet in fisco, cui bona alicuius ex delicto, vel tanquam vacatia deferuntur; neq; enim hæres est, quidquid dicat glo. in. l. ex facto §. fin. ff. ad Trebel. sed bonorù successor. l. 1. §. an bona. ff. de iure fisci. Bart. cõmuniter receptus in rubr. n. 4. de acquir. hæred. Nec ipso iure tenetur vltra vires bonorum, etsi inuentarium non fecerit, secundu Ias. in. l. scimus. num. 1. vbi resoluit hanc esse communem. C. de iure deliberan. Fanuc. de inuentario hæredis char. 23. num. 6. Cum bona non dicantur nisi deducto ære alieno. l. sub signatu. 39. §. bona, de ver. signif. Ac propterea si fiscus vendat talia bona libera- tur ipso iure, trãfertq; onus in emptorem. l. 1. C. de hæred. vendita, vbi Cæsares, Severus, & Antoninus ita rescripse-

rescripserunt: (æ alienum hæreditate nomine fisci vendita, ad onus emptoris bonorum pertinere, nec fiscum creditoribus hæreditarijs respondere certū & absolutum est,) et si is text. communiter intelligatur in fisco hærede, & male, obstat enim. l. 2. eod. tit.

157 Idemq; dicendū est in monacho professo: nec enim amplius tenebitur monasterium, quam sit in bonis monachi professi, quia succedit in bonis, non vero in hæreditate, vt tradunt omnes per text. ibi in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. ad similitudinem patris arrogatoris, vt in. l. si pater. §. ff. de adopt. qui tenebatur tanquam bonorum successor pro filio arrogato, singularis text. in. l. 2. ff. de capit. diuisione. ibi (dabitur plane actio) etiam si summus Pontifex in cap. in præsentia de probat. lato modo monasteriū appellauerit hæredem monachi, vel improprie, vt voluit Caldas Pereira de nominat. emphit. quest. 6. nu. 10. videndus etiam in quest. 20. nu. 26. Quibus addatis falsam & erroneam illius capituli allegationem, quæ iam in prouerbium abiit (monasteriū haberi loco filij) esse penitus extirpandam, vt cum alijs ostendit Couar. lib. 1. var. cap. 19. nu. 6. latissimè decisio Pedemontana. 126. nu. 4. & 20. Mantica de cōiectur. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. Cald. vbi supra, & de renouat. quest. 19. nu. 9. Ex prædictis tamen infero, quod si is filius fam. non fecerit testamentum sed codicillos, & in his patrem grauet de restituendis bonis, cum hoc possit facere. ex. l. conficiuntur, de iure codicillorum, & in. l. 1. §. sciendum, de leg. 3. vnde dicemus patrem loco hæredis haberi, si impleuerit filij voluntatem, nam & Falcidiam

cidiam deducet recte, vt probat. l. filiusfamil. ff. ad. l. falcid. Quod etiam in fisco ita grauato, per eum cuius bona tanquam vacantia ad fiscum deberent pertinere, iuxt. l. 1. C. de bonis vacant. lib. 10. recipiendum est, vt probat. l. recusare. §. si fisco. ff. ad Trebel. & in. l. filiusfam. in princ. ff. deleg. 1. Paulatim igitur inducimus inuentarij conficiendi obligationem, cū Falcidiæ beneficio nemo vtatur, nisi qui inuentarium fecerit. l. fin. §. & si præfata. C. de iure deliberandi.

Inferitur etiam, quod si filius testetur de castrensi peculio, & deinde hæreditas per institutum repudiata sit quamuis testante filio, ius patris cesset in. l. fin. ff. ad Tert. & in. l. seruum filij, in princ. de lag. 1. quia tamen repudiata hæreditate perinde res se habet, ac si testamentum factum nõ fuisset. l. 1. ff. de iniust. rupto, & in princ. de hæredit. quæ ab intestato. Deducitur rectè rursus peculium fieri, & perinde haberi, ac si semper patris fuisset, ex. l. penul. C. de castrensi. pecul. lib. 12. Vnde Papin. in. l. filiusfamil. ff. de castrensi. pecul. deducebat, quod si medio tempore seruus peculiaris aliquid acquirat stipulatione, vel traditione, totum id pertineret ad patrem, si fuerit repudiata filij hæreditas: reiecta opinione eorum, qui putabant stipulationem, quam is seruus medio tempore fecisset, non valere: in qua opinione fuit Pomponius in. l. si seruus cõmunis Meuij. ff. de stipular. seruor. vbi in specie, qua seruus, qui pro parte erat peculij castrensis, proponitur stipulationem fecisse, ait totam stipulationem acquiri alteri ex socijs ex eo, quod in eo casu hæreditas iacens partem non faciebat: in quo licet defendatur per gloss. & Doctores communiter,

errat tamen, quia cū stipulatio (secundū veriorē sententiam Papinianivbi supra, & Sceuolę, quem refert Paulus Iure Conf. in. l. in eo. ff. de acquir. rerum dominio, vbi expressē reijcit contrariā opinionē,) in te-  
 trum in suspenso esse intelligatur, bene sequitur in præ-  
 dicta specie, hæreditatē iacentem partem facere, &  
 ex euentu postea rem cognosci, vt si hæreditas adi-  
 ta sit, intelligitur seruus hæreditarius fuisse, & medio  
 tempore futuro hæredi acquisiuisse: quoniam hære-  
 ditas iacens vicem domini representat, vt in princi-  
 pio de stipulatione seruorū: si vero adita non sit, tūc  
 talis seruus, tanquā peculiaris (secundū prædicta) ac-  
 quirat patri, ad quem peculiū spectat ex ratione tex.  
 in. d. l. penult. C. de castrenf. pecul. lib. 12. Nec ob-  
 stat quod res est in pendenti, quo casu stipulatio vi-  
 riatur. l. vsum fractum. ff. de stipular. seru. eaque ra-  
 tione totam stipulationem alij socio acquiri putabat  
 Iure Conf. in. d. l. si seruus, videlicet si seruus cōmu-  
 nis medio tēpore quo hæreditas castrensis iacebat,  
 stipulatus fuit: Quoniā respondetur rem certā esse  
 ex iuris fictione, de qua in. l. proponebatur, & in. l. he-  
 reditatem. §. final. ff. de castrenf. pecul. licet nobis me-  
 dio tempore certa non sit, qui ignoramus, an aduen-  
 da sit, vel repudianda hæreditas: talis autem incerti-  
 tudo non vitiat, vt est bonus tex. in. l. hæc veditio. 7.  
 §. huiusmodi. ff. de contrahēd. empt.

158 Vnde etiā deducitur in proposito, quod quem-  
 admodum emolumentum peculiū acquisitum sequi-  
 tur peculiū, vt in prædictis satis constat, ita etiam  
 onus peculiij debet transire cum peculiū, non secus,  
 ac onus hæreditatis cum ipsa hæreditate, quod ita  
 accē-

acceperunt omnes in. l. frater a fratre. Bald. in. l. fin.  
 C. quod cum eo. Iaf. in. §. actiones. num. 23. instituti  
 de actionibus. Quibus obstat. l. r. §. item hæres. ff. quā-  
 do actio de pecul. annal. est, & l. si seruo. ff. de pecu-  
 lio legato. vbi negatur actio in successorem peculiij  
 contra prædictā regulā. & contra. l. 2. §. per contra-  
 riū. ff. de dote prælegat. & in. l. at cum hæres iunctis  
 præcedēt. ff. de peculio. In qua difficultate nostri Do-  
 ctiores diuinant, vt ex ijs videre licet, Cuiacius in tra-  
 ctatu. 9. ad Africanum colligit ex ijs locis dissensisse  
 authores olim, & tamē obtinuisse Proculianos, quo-  
 rum opinio probatur in. d. §. item hæres, vbi constat  
 quæstionis fuisse, Vtrū venditor an verò emptor ser-  
 uū teneretur de peculio, & tamen placuisse vtrumq;  
 teneri. l. si creditor. 38. §. r. in fin. l. si noxali. 12. §. idē  
 scribit, & l. & ancillarum. 28. §. si seruus. ff. de pecul.  
 quæ sententia videbatur recipienda in hærede & le-  
 gatario, vt vterque teneretur, quod tamen prædicto  
 iuri non conuenit: nec possum Doctores negligenti-  
 æ non notare, qui huius differentię oblitī nec sus-  
 ceperunt quidem illius disputationem. Ego autem  
 præter omnes existimo differentiam in eo consistere,  
 quod legatarius in re legata habetur pro hære-  
 de. l. id tempus. §. r. ff. de usufructibus, notat  
 Bartolus per textum ibi, in. l. in conuentionibus. ff.  
 de verbor. signif. vnde æquum est non vtrumque te-  
 neri (quoniam ius eorum vnus defuncti est) sed vnū  
 tantū: legatarium, scilicet, vel hæredem; in quo olim  
 dubitatū fuit. Quod autē Cuiac. affirmat hæredē om-  
 nino teneri, non est omnino securū: cum enim domi-  
 niū rei legata trāseat rectā via & nunquā factum he-  
 redis.



redis. l. a Titio. ff. de furtis. l. legatum ita. ff. de leg. 2. qui fieri potest, ut hæres teneatur, ad quem nec minimo momento peculium potuit pertinere? Sanè hæredem teneri de peculio quod ad eum peruenit, nõ est ignotum. l. quæsitum. §. 1. ff. de pecul. l. his consequenter. §. fin. ff. fam. erciscund. ergo in proposito nõ tenetur hæres. Vnde ad tollendã controuersiam a bitror vtiliter posse tentari: quòd dominiũ rei legatæ transit quidem directò in legatarium, sed secundum ordinem intellectus prius transiit in hæredem ad euntem, licet non videatur, nec credatur vnquã fuisse dominus fictione iuris, ut sensisse videntur interpretes, qui in hunc sensum explicant Neratium Iur. Conf. vt declarat Cuiac. ibid. circa speciẽ; tex. in. l. a Titio. 60. Basilicón. tit. de fur. Id vero iuris principiu hactenus ignotũ persuaderi debet ex tex. expresso in. l. 10. §. sed & creditor. ff. de pec. vbi ius deducendi peculio, æs alienũ quòd seruus legatus debebat, cõpetit heredi; quãtã eius nõ cõpetit nisi dño, vt in. l. peculiu in princ. & in. l. & ancillarum. ff. de peculio, ibi, de ducto, & a sibi sãpẽ. Quo præmissa non est iniquum dicere, quòd hæres cõueniatur de peculio, fuit enim aliquãdo dominus serui legati, licet fictione iuris desierit esse & habeatur ac si nunquam dominus fuisset, & cum potuerit in traditione serui legati de peculio deducere æs alienum, aut certè exigere cautionem de indemnitãte, sibi imputet vt in dict. §. si seruus, & in. d. §. item hæres. Legatarius tamen atq; etiã manumissus seruus cum peculio tenetur hæredi per cõditionem indebiti argum. l. 5. §. 1. de vsufruct. earum rerum. & l. qui exceptione. §. si pars. ff. de cond. inde-

Principiu  
iuris hæte  
nº ignotũ  
cõproba-  
tur.

indeb. ponit Paul. in. l. Frater à fratre. nu. 26. Cuiac. vbi supra num. 2. Ergo rectè defenditur prædicta regula, scilicet, onus peculij transire cum peculio: licet enim legatarius non debeat conueniri, sed hæres per actionem de peculio, vt Proculeiani tenebãt. in. d. §. item hæres, tamen æs alienum de peculio soluendum est, prout tenebant Sabiniani relati in. d. §. per contrarium. Ex quibus intelliges difficilia verba. l. Frater à fratre. versic. (adeò) quæ fatetur Hotoman. se non intelligere, vt probet Iur. Conf. opinionem subintellectam in versic. naturalem, scilicet onus peculij transire cum peculio vt communiter recipiunt DD. ibi, & probat Cuiac. tract. 9. ad African. prope finem.

## De testamenti factione filij famil. in pecul. castr.

Tertius necessarius subsequitur effectus quod etiam hodie filiusfam. miles testari poterit sine metu quærelæ. l. fin. C. de inoffic. id tamen intellige hodie procedere in bonis castrensibus, quæ à patre sunt profecta, nõ quæ aliunde obuenerunt: hæc enim cum patri deferantur iure hæreditario, vt in principio quibus non est permiffum, ibi (iure communi) secundum veriore intellectum, quem supra proposuimus. num. 82. & nu. 150. consequens est, vt propter legitimam quæ ei debetur tanquam parenti. l. nam & si parentibus de inoffic. possit competere querela, & ita intelligo tex. in authent. presbyteros in fine, vbi hoc ipsum disponit Imperator in quasi castrensibus;

nec potuit moueri alia ratione. Et ita etiã intelligo  
 authent. vt cum de appellat. cogn. §. sancimus. coll.  
 8. *Sancimus itaq;* (inquit Imperator) *nō licere liberis parētes*  
*suos præterire, aut quolibet modo à rebus ( proprijs) in qui-*  
*bus habent testandi licentiam, eos omnino alienare, nisi cau-*  
*sas quas enumerauimus, in suis testamentis specialiter nomi-*  
*nauerint.* Procedit enim in bonis aliunde, quam a pa-  
 tre quæsiuis, vt constat ex text. ibi verbo (*proprijs*) Nā  
 castrensia, aut quasi, quæ fuerunt a patre profecta,  
 propria filij non sunt, sed patris secundū veriorē  
 sententiam, quam supra defendi. num. 145.

## De obligatione filij famil. in peculio castrensi.

**Q**uartus effectus deducitur ex glos. in. l. frater à  
 fratre. ff. de condition. indeb. quatenus do-  
 cet text. illū posse intelligi in pecunia castrensī, vel qua  
 si, quam frater mutuam fratri, nomine patris absen-  
 tis dedit, quæ probatur a Bart. ibi. n. 13. si modo pater  
 id ratum habuit. l. si absenti. C. si cert. pet. Et quāuis  
 Fulgos. 3. col. Paul. nu. 15. Ias. in repet. illius. l. nu. 24.  
 Bartolum reprehendant dicentes, quod in numeratione,  
 quæ sit nomine absentis non est necessaria ratihabitio. ex. l. certi cōdictio. §. si nūmos. ff. si cert. pet.  
 decipiuntur tamen quia ille text. in. d. l. frater, intelli-  
 gitur præcedente mandato: quo casu, ratihabitio non  
 est necessaria, etiã si mandatum speciale non sit, vt  
 constat ex eodem tex. & probat. l. indebitam. ff. de  
 condit. indebiti, cessante etiã mandato necessaria est  
 ratihab-

ratihabitio. d. l. si absentis, & eundem effectum habet  
 l. vero procuratori. in fine. ff. de solut. nec est differē-  
 tia inter pecuniam propriam & alienam. l. si ira sti-  
 pulatus. §. Chrysofonus. ff. de verb. quicquid dicant  
 prædicti authores vbi supra.

Meo tamen iudicio siue præcedat mandatū patris  
 siue eo non præcedente sequatur ratihabitio, opinio  
 glos. & Bart. falsa est, cū qua alij transeunt, quoniam  
 etiã si numerante fratre nomine patris absentis ac-  
 quisitio fiat patri per. d. §. si nūmos, & d. l. si absentis,  
 diuersa tamen acquisitio est, de qua in. d. l. frater a fra-  
 tre, vbi patri acquiritur obligatio naturalis iure pa-  
 triæ potestatis, ex reg. d. l. placet, vt est verius contra  
 Hotom. ponderādo tex. expressum in. l. peculii. 10.  
 ff. de pecul. quem etiã considerauit Cuiac. Ratio au-  
 tem differentia est, quia in terminis. d. l. frater à fra-  
 tre, vna solū contrahitur obligatio, quæ acquiritur fi-  
 lio, & per filiū patri ex. d. l. placet: at in. d. §. si nūmos  
 & d. l. si absentis, duplex obligatio est, & ex dupli-  
 ci contractu producitur, altera inter dantem, & ab-  
 sentem, altera verò inter absentem, & eum qui ac-  
 cepit. l. 3. §. final. ff. de donat. inter. Sic fit, vt mortuo  
 patre, quia filius numeranti pecuniā castrensē civili-  
 ter est obligatus iux. reg. l. 2. ff. ad Maced. diuiditur  
 obligatio inter fratres hæredes, ita vt mutuatarius  
 pro sua parte remaneat obligatus civiliter tanquam  
 hæres patris, & per consequens soluendo non repe-  
 rat. Quod tamen in specie. d. l. frater à fratre non cō-  
 tigit, in qua mutuatarius pro parte sua liberatur per  
 confusionem iure hæreditario in persona sua factā.  
 l. debitori. C. de pact. l. 1. §. si debitor. ff. ad. l. Falcid. l.  
 Stichū.

*Tertia pars De bon. qua liber.*

stichum. §. aditio. ff. de solut. l. si ei cui. §. si is. ff. de eui-  
ctio. Nam cum obligatio naturalis trāseat etiam in  
hæredes. l. si pupillus. ff. ad. l. falcid. l. in numerationi  
bus. §. 1. ff. de solut. (quicquid Hotoma. in expositio.  
d. l. frater à fratre aliter excogitauerit) atq; etiam in  
peculij successorem, vt in. l. si noxali. §. penul. l. si ex  
duobus. §. fin. ff. de pecul. consequitur quòd prædi-  
dicta obligatio, quā dicimus patri acquisitam, extin-  
guatur partim confusione iure hæreditario in perso-  
na filij debitoris (vt modo dixi) partim vero peculij  
peruentione in persona filij creditoris, quatenus de  
peculio obligato ad eum peruenit (vt supra latius ex-  
plicui. nu. 127.) debet enim peruenire ex. l. certū. C.  
famil. erciscun. quoniā cum debitum & creditum in  
eadem persona reperiatur, consequens est, vt vtroq;  
casu extinguatur obligatio ipso iure in. d. l. frater à fra-  
tre, quòd in proposita specie non fit. Sic patet ibi nō  
fuisse duas obligationes, vt glos. putabat, sed vnā tā-  
tum, vt docet Barr. & communis, ita tamen vt dupli-  
ci respectu consideretur. Nec est quòd dubitemus,  
an pater in casu illius legis sit debitor & creditor si-  
mul, illud enim fit ex diuersis respectibus, quia est  
creditor vnus, & debitor alterius (vt supra latius  
ostendi) quemadmodum contigeret si ego tibi man-  
darem, vt crederes Titio ex. l. si quis alicui. §. fin. ff.

mandati, ego enim tenebor tibi ex mandato,

Titius verò mihi ex negotio gesto. Sed iā

videamus quòd sequitur.

(::)

RESTAT

85  
RESTAT QVART-  
ta & vltima pars huius text.  
in vers. Eadem obseruando etiam  
in his peculij quæ quasi castren-  
sia peculia ad instar castrensis pecu-  
lij accesserunt.

*SUMMARIUM.*

- 161 **R**espub. non minus defenditur ab his qui publicis  
muneribus funguntur, quàm ab his qui mili-  
tum numero scribuntur. Peculium quasi castrense  
quid sit.
- 162 Filius famil. clericus in bonis sibi quæsitis plenum ius di-  
sponendi habet: nō in eis vsumfructum patri ac-  
quirit.  
Text. in. l. Sacrosanctæ. C. de episcop. & cleric. proce-  
dit in ijs bonis, quæ pater filio clerico dedit, quæ li-  
cèt castrensia sint, non tamen deferuntur iure hære-  
ditario, sed ad patrem spectant iure peculij.
- 163 Intellectus ad cap. quia nos de testam. & anthen. pres-  
biteros. C. de Episc. & cler.
- 164 Pater retinet vsumfructum in bonis filij ante clerica-  
tum quæsitis, & si filius propter clericatum, vel su-  
peruenientem dignitatem eximatur à patria pote-  
state, & ibi de intellectu l. 3. tit. 21. par. 1.
- 165 Bona, ad quorum titulum filius famil. fuerit clericus  
factus pertinent ad peculium quasi castrense: &  
quomodo

- quo modo hoc intelligi debeat.
- 166 Prædicta bonorū quasi castrensiū privilegia, an procedant in clericis primæ consuræ cū sequentibus.
- 167 Intellectus ad Auth. presbyteros. C. de Epj. & cleric.
- 168 Text. in Concil. Trident. ses. 23. cap. 6. & . 11. illustratur & declaratur, & ibi de intellectu. l. 1. & 11. tit. 6. par. 1. Clerici dicuntur quasi electi.
- 169 Quæ filius famil. habet occasione studiorum, quæ, si quaerentur essent aduentitia, pertinent ad peculium quasi castrense. Quæ vero ei à patre sunt donata ob causam studij, ut fiant quasi castrensia, necesse est filium militare.
- 170 Causa militiæ, & studij, an equiparetur.
- 171 Equiparatio, quâ scribentes cõmuniter faciunt inter Doctore & Licenciatū, quantumvis in favorabilibus procedat: in ijs vero privilegijs de quibus in l. cū oportet, de iure communi locū non habet.
- Intellectus ad l. penult. ff. de testam. militis.
- 172 Singularis intellectus ad l. cū filius. ff. si cert. pet.
- 173 Bona quæ filius fam. habet à patre causa studij, licet ante implementū studij non sint castrensia, tamē speciali favore in collationē non veniunt, & nu. 177.
- 174 Donatio, quæ valet in vita patris conferenda est.
- 175 Intellectus ad l. quæ pater. ff. famil. eriscund. & num. 179.
- 176 Tractatur de opinione Bart. in l. donationes. §. pater. ff. de donationibus.
- 177 Erogata in honorem filij (puta in Doctōratu) nullo modo conferenda sunt, nisi id declaraverit pater tempore donationis, aut erogationis, vel penes se bona filij habuerit.

- 178 Intellectus ad l. fin. ff. de pet. hered.
- 179 Sumptus voluntarij facti ab eo, qui bona filij, vel nepotis habet, censetur fieri administrationis nomine, scilicet illius, cuius negotia geruntur.
- 180 Salarium aduocati etiam ex priuata causa quasitū ad peculium quasi castrense refertur, quantumvis. l. fin. C. de inoffic. in publico salario loquatur.
- 181 Idem procedit in medico, tabellione, & iudice, qui publicum munus exercent.
- 182 Reprehenditur Bald. quæ absolute sequuntur Nauar. & Greg. quatenus negavit peculium quasi castrense in acquiritis à tabellione, nisi ex publico salario.
- 183 Procuratoris officium, an publicum vel priuatum dici debeat, & quid in eo obseruetur hodie quoad privilegia quasi castrensis peculij.
- Procuratoris officium an sit vilissimum, vel infame, & ibi de intellectu aliquorum iurium.
- 184 Data à Principe filiofamil. ad eum spectant in plenum etiam ratione vsusfructus, ita ut de illis possit filius testari tanquam de quasi castrensibus, & num. 185.
- 186 Fœmina potest habere peculium quasi castrense, ad cuius imitationem militaribus D. Iacobi Spatiferi insignijs in Hispania hodie fœminæ decorantur.
- 187 Lex loquens de Rege, in Imperatore locum habet.
- L. cum multa infra hoc tit. non solum procedit in Rege sed in alijs populis & dominis non recognoscenribus superiorem.
- 188 Donatio facta filiofamil. à Principe etiā contemplatione patris & propter eius seruitium, vel cum onere perpetuo fideicommissi, filio in totum acquiritur.

189 *Quae etiam pertineant ad hoc exemplum quasi castrensis peculij & de militia ex casu remissive.*

## De bonis quasi castrensibus.



**N** V N C Aggreditur Imperator ex hoc versiculo agere de peculio castrensi militum inermis militiae, quod quasi castrense appellatur. Cum enim respublica non minus defendatur pace, quam bello, ut tradit Iustinian. in proemio instit. Nec minus defendatur ab his, qui publicis muneribus funguntur, quam ab his, qui in militum numero scribuntur, ut in l. aduocari. & in l. fori. C. de aduocatis diuersorum iudiciorum: æquum fuit, ut quod militi armato concessum est, concedatur etiam inermi. ut hic, & in l. final. C. de pecul. castrensi. lib. 12. & constat ex l. 1. §. nec castrense, de collat. bonor. Et inde est, quod etiã quasi castrense appellatur quod clericus quaesierit. l. sacrosanctæ. C. de Episc. & cler. quia dicitur militare in cœlesti militia, ut in cap. de gradario. §. actualis de pœnis. lib. 6. cap. 1. de clerico ægrot. cap. 4. de præb. Alciatus & alij in l. miles de re iudic. tradit Alex. in l. centurio. ff. de vulg. latè per Euerard. loco. 22. de milit. terre. ac cœlest. & patet ex Sapient. cap. 5. viri usque inermis militiae arma metaphoricè, sic describenti, *Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum, sumet scutum inexpugnabile æquitatè, acuet diram iram in l. in ceam, & pugnabit contra insensatos.*

Quod

*de bonis qualiberis, &c.* 87

Quod autem sit peculium quasicastrense, tradit glos. in §. igitur liberi, & ibi Aret. num. 3. Riminaldi num. 57. per quas personas nobis acquir. Alex. conf. 2. nu. 3. Dec. in l. fin. nu. 5. C. qui testam. facere possunt. Palat. Rub. in rubr. de donat. §. 62. num. 18. Medicus. lib. 1. definit. cap. 90. Anton. de Quæst. quæst. cap. 7. Cona lib. 9. cap. 4. num. 4. profequitur Cald. in l. si curatorem verbo læsis ex nu. 98.

## De filio famil. clerico, & de eius bonis.

**P** Rimum exemplum peculij quasi castrensis sit in filio fam. clerico, in quo talis sit effectus, ut in bonis sibi quaesitis plenum ius disponendi habeat, ut in l. sacrosanctæ. C. de episc. & cler. nec in eis usufructus patri acquiratur, ut obseruat Andreas Barb. in cap. quia nos. de testam. post. Hostiens. & antiquiores communem resoluit Couar. ibi. num. 2. & 3. & senatus sententia cõprobata refert Xarez in quæst. Maior. nu. 31. & 39. & cū alijs Rojas. tract. de succes. cap. 17. nu. 9. Ioseph. Gond. lib. 1. var. quæst. num. 26. Perez ad l. 1. glos. 1. col. 24. vers. est & aliud ti. 3. lib. 1. antiqui ord. Est tamen valde dubium in illo text. in d. l. sacrosanctæ, de quibus bonis intelligi rectè possit, quoniam eius verba talia sunt. *Sacrosanctæ orthodoxæ fidei episcopi atq; præbyteri, diaconi quoq; qui semel probatis moribus, integritate castissima, ad hunc gradum meruerunt peruenire, ea quaecunq; in eodem clericatus gradu, locoq; viuentes: acquirere & habere potuerint, & si in patris,*

L. sacrosanctæ. C. de episc. & cler. interpretatio.

Y 3

auq;

anq; aut proavi potestate constituti sint, & adhuc supersti-  
tes habeantur, antequam bona propria vendicent, de his (si  
quādo eis libitū fuerit) testandi vel donādi, vel quolibet alio  
titulo alienandi libera facultate concessa: vt ea bona quoquo  
tēpore nunquā ad diuisionē veniāt, nunquā fratribus, vel so-  
roribus, aut ex his genitis conferantur, sed ad eorū filios poste-  
ros, & quoscunq; extraneos haredes perueniant, nec à patri-  
bus, aut proavis, sed ab ipsorū liberis tanquā præcipua vendi-  
centur, & certè ijs lucro cedāt, quibus ipsi ad peculiū, vel in-  
ter viuos alienatione habita, vel mortis tēpore, vltima, & in  
re cognita voluntate cōcesserint. Nam primo aduerto, q̄  
licet Ias. in. l. filix licet. n. 4. de collar. Crotus in. l.  
frater à fratre. n. 107. Segura. n. 54. in. l. Imperator ad  
Trebel. Rebuf. de priuileg. scholarium, priuileg. 54.  
Gomez in. l. 29. Taur. n. 17. intelligāt illā facultatem  
procedere in quibuscūq; bonis etiā profectitijs, quā  
uis clericus sit primæ tonsuræ, vt scribit Molina li. 1.  
de primog. c. 19. n. 29. Id tamē mihi falsum esse vide-  
tur quia cū ille tex. dicat filio intestato mortuo, bona  
ad liberos tāquā haredes pertinere iux. sententiā tex.  
in. l. 3. & 4. suprā hoc ti. de bon. quæ liber. & l. fin. C.  
cōmunia de succes. manifestè ostēdit nō posse proce-  
dere in illis quæ pater dedit, quæ licet castrensia sint,  
non tamen deferuntur iure hareditario, sed ad patrē  
spectant iure peculiij. l. 1. de castrenf. pecul. & suprā  
in. 3. part. diximus nu. 145.

163 Vnde Palac. in. rubr. §. 42. num. 6. Ripa in. l. in  
quartam num. 171. ad legem Falcid. & alij quos re-  
fert Couar. & sequitur in cap. quia nos de testam. per  
text. ibi, existimant illam facultatem esse intelligen-  
dam in aduentiis, vt ea fiant quasi castrensia in per-  
sona

sona clerici, etiam si aliunde quā ratione clericatus  
ei acquirantur: pro qua opinione facit etiā text. quē  
ibi allegat Paul. de Castro in authent. presbyteros,  
ibi (res quolibet modo) eodem titulo. Sed tamen  
hæc sententia impugnatur primò, quia text. in. d. c.  
quia nos, non loquitur in clerico filiofamil. prout ad-  
uertit Gomez. in. l. 48. Taur. num. 7. & olim Pinel. re-  
latus a Iosepho Gondifaluo. lib. 11. var. quæst. nu. 28.  
cap. 12. Caldas. verb. læsis. nu. 131. Secundò, quia tex.  
in. d. authent. presbyteros, licet generaliter loquatur,  
debet tamen restringi de habilitate, vt intelligatur  
de bonis clerici, tanquam à clerico acquisitis quo-  
cunque modo; vt in simili argumentatur Consult. in  
l. Titius. 27. versiculo constitutionibus, de testam.  
milit. coniuncta. l. castrense. 11. de castrenf. peculio,  
vbi ea bona castrensia dicuntur, quæ filiusfamiliæ  
quæsiuit miles iam factus, & occasione militiæ: nec  
verum est bona, quæ antea erant aduentitia, effici  
castrensia; fieret enim, vt ius patris diminutum fo-  
ret, & patria potestas læderetur: quod in dubio cre-  
dendum non est: argument. text. in. l. 2. §. si quis à  
Principe. ff. ne quid in loco pub. Nec in præsentī mu-  
tatur persona, vt mutari videmus in. l. per procura-  
torem. 89. versiculo vltimo de acquirenda haredita-  
te, vt existimabat Panorm. in cap. in præsentia de pro-  
bat. quæ debuerat obseruare Caldas dū eū reprehē-  
dit in. l. si cūratore habēs. verb. læsis nu. 103. Vnde fit,  
vt ius testandi, & disponendi, concessum filiofami-  
liæ clerico in. d. authentica presbyteros, intelligen-  
dum sit in bonis ex clericatu acquisitis, prout te-  
net Bartolus, & Albericus, in. d. l. sacrosanctæ, Ant.  
Gomez

Gomez in.l.48.Taur.num.7. Concessa enim testandi facultas intelligi debet, casu, quo alicui non inferatur in commodum. arg. l. cum filiusfamil. ff. de test. milit. l. impuberi. 4. l. ibi, nam ad alienam iniuriam. ff. de administratione tutor. Et ita intelligo. d. l. sacrosanctæ, pro qua opinione videtur textus expressus per locum ab speciali in cap. fin. de iudic in. 6. Atq; istam sanè de iure verissimam existimo, secundum quam interrogatus non in causa leui semel consului, nec communi grauissimorum virorum contra existimantium opinioni potui quicquam assentiri. Scribitur enim diuinitus Exod. 23. *Non in iudicio plurimorum acquiesces sententia, vt a vero denies.*

Eodi. 23.

164 Et quamuis supradicta contraria sententia iure Regio probetur in.l. 3. tit. 2 r. part. 1. quæ si de iure communi propter eius auctoritatem seruanda foret, intelligetur tamen in ijs bonis post clericatū acquisitis: nam in ijs quæ antea obtulerunt, semper pater administrationem habet, & vsum fructum, vt contra plures tradit tanquam verus eximie Pinel. in.l. 1. r. par. num. 43. de bonis mater. Tellus Ferdinand. in.l. 5. Taur. num. 4. & 5. Secundum quorum verissimam obseruationem sine scrupulo admittendum est, in bonis ante clericatum quæsitis, ita patrem vsum fructū conseruare, vt eū retineat post filij sacerdotiū, prout ex supradictis colligitur. Quod esset recipiendum, etiam si probarem filium eximi à patris potestate propter clericatum, quia vsusfructus semel quæsitus patri in bonis filij non amittitur propter superuenientem dignitatem, & contingentem filio, vt resoluit Palas. Rub. vbi supra num. 13. & est cōmunis opinio post

post Anton. Gomez & alios relatos à Molina. lib. 1. de Hispanorum primogenijs. cap. 19. nu. 26. cuius meminit Caldas vbi supra nu. 130. fol. 139. & probat Didacus Perez in.l. 1. tit. 3. lib. 2. antiq. Ordin. & Greg. Lopez in.l. 5. glos. 2. tit. 17. par. 4.

Ex quo etiam infertur ad.l. 3. tit. 2 r. par. 1. versic. è otiosi, quatenus quoad potestatem disponendi hodie videtur profectitium æquare quasi castrensi in clericis, quod est mirabile ad maximam extensionem. l. sacrosanctæ, & auth. presbyteros in sua generalitate de quibus supra: ex ea namq; videtur necessario colligi hodie cessare differentiam & distinctionem peculiarium in filio clerico, & sic omnia ab eo quæsitā in effectu iudicari quæsi castrensiā, quod de iure cōmuni admiserunt Doctores num. 162. superius citati. Sed quia id omnino iuris principijs aduersatur in materia peculiarij profectitij, specialiterq; infringi ius patriæ potestatis, ideo melius erit intelligi & restringi. d. l. Regiam in ijs tantum, quæ pater donat filio clerico intuitu clericatus, vt in exemplo Barr. recepto in. d. §. nec castrense. num. 4. & in alio, scilicet; quando pater donat ad effectum, vt filius ordinetur ad titulum patrimonij.

165 Illa enim bona, ad quorum titulum filiusfamil. fuerit clericus factus iux. decisionem Concilij Tridentini. ses. 21. cap. 2. siue mobilia sint, siue immobilia pertinebunt ad hoc peculium, vt resoluit Tellus in.l. 17. Taur. nu. 82. Cæsar Perus. in.l. in quartam. n. 469. ad.l. Falcid. Communem resoluit Matienço ad.l. 3. glos. 2. num. 19. ti. 8. lib. 5. Compil. contra Couar. in cap. Rainaldus. §. 2. num. 7. Quod debet in

Z.

ita

postquam filiusfamil. ordines susceperit, tunc incipient in peculio numerari. Nam interim, non sequuta causa, affirmandum est ea bona nequaquam posse numerari inter peculium quascastrense, sed mortuo patre esse diuidenda tanquam bona patris, ex. l. certum. C. famil.ercisc. cum antequam causa subsequatur, donatio non valuerit, nec dominium rerum donatarum transferit in filium, prout tanquam verius statim probatum videbis in secundo exemplo, circa donationem factam filiofamil: causa studij nu. 171. Denique secundum prædicta, in ijs quæ pater dederit filio, ad suscipiendos ordines post clericatum iâ castrensibus factis, intelligi poterit dict. l. Regia, de qua supra. Pro quo intellectu non obscure expendi possunt verba text. in dict. authent. presbyteros, ibi.

*Ad dominium eorum venientes.* vbi Iustinianus loquitur de ijs tantum bonis, quorum dominium filij clerici consequuntur, & sic necessario debet verificari, quâdo pater eis donat ex causa castrêsi, nêpê eo modo, quo diximus, cû aliter de iure regulariter nō consistat donatio. l. 2. C. de inoffic. donat. l. donationes quas parêtes. C. de donat. inter. Ne ergo dispositio Iustin. in. d. authent. hoc modo intellecta, & simul totius regulæ corrigatur, tutius est restringere decisionem. d. l. Regiæ ad hûc casum, & ad terminos. d. authent. & iuris cōmunis. In cæteris verò, quæ non profectitia, nec à patre donata sunt, intuitu militiæ acquisitis procedet generaliter priuilegium. d. l. Regiæ l. sacrosanctæ, & authent. presbyteros.

166 Quorū decisio vtiliter extêditur per scribêtes Patres vbi supra ad clericos primæ tonsuræ, quia ordo est

est, & inter ordines cōnumeratur. c. cû cōtingat, in fi. de etate & qual. l. 1. in fin. & in procmio. tit. 6. par. 1. vbi Greg. verb. corona. cōmunê dicit licet propriè nō sit ordo sacer, quo casu procedit tex. cōtrarius in cap. clericus. el segundo de vita & honest. cleric. secundū glos. 1. ibi communiter receptam, vt latius resoluit Couar. d. cap. quia nos. num. 3.

167 Melius ergo, & cōsultius alij iure contendūt ea priuilegia non esse hodie extendenda ad clericos primæ tonsuræ, nec in eis locum habere decisionem d. authent. presbyteros. & aliorum iurium, & ita de cōmuni opinione in hoc dubitat Imol. in. d. cap. quia nos, de test. & ab ea recedunt Viglius in princ. num. 18. Instit. quibus non est permiff. sacer. test. Ripa in l. in quartam. nu. 171. ff. ad. l. Falc.

## De filiofam. scholari, Doctore, & Licentiato, & alijs huiusmodi publicis personis.

Secundum exemplum peculij quasi castrêsis celebratissimum est in ijs, quæ filius famil. habet occasione studiorū, quæ, si quærerentur, essent aduentitia: putà ex disputationibus, lectura, consilijs, aduocatione, vel etiã ex hæreditate alterius scholaris studio noti iux. tex. in. l. miles de castren. pecul. in plenū enim pertinet ad filiūfam. per te x. n. r. Si verò donata sunt à patre ob causam studij, veluti libri, sententia est recepta cōiter, quòd vt fiant quasi castrêsia requiratur q̄ filius in vita patris studium compleuerit,



ita vt possint militare iuxta text. in. l. fori, & l. aduocati. C. de aduocatis diuersorum iuditorum. & ita tenet Bart. in. l. 1. §. nec castrense de collatione bonorum post Dinum, & alios quos refert, & sequitur idem Bartol. in. l. filiaz, licet. C. de collat. vbi Ias. num. 2. & est recepta opinio secundum Alexand. in. l. si donatione. nu. 19. eodem titu. Ripa in. l. in quartam. n. 168. ad. l. Falc. vbi Berengar. n. 81. Roger. in. l. donationes. §. pater. num. 3. ff. de donat. sequuntur Corn. in authen. ex testamēto. n. 40. C. de collat. Cę pol. in. l. irritam. num. 22. C. pro donato, & tanquam receptam tradit Perez plures casus distinguens in. l. 8. tit. 1. lib. 1. Ordinam. glos. 2. col. 4. versic. 1. conclusio. Gomez. in. l. 29. Taur. nu. 17.

Neq; ea quę sunt donata à patre transeunt in filium, sed in eo remanent quandiu filius non incipit militare: & sic non potest dici, prout cōtendebat Co uar. in cap. Raynaldus. §. 1. num. 7. quòd ea donatio defendatur, quemadmodum & donatio ex causa dotis, quę valet ex. l. Pomponius. ff. famil. ercisc. Nam licet dotis, & studij fauor æquiparari solent, tamen in dote est diuersum, cum dotis dominium transeat in virum, vt supra probatum est in. 1. par. num. 50. quod in filium non potest transire, nempè, quia statim reacquiritur patri ex regula. l. placet. Similitudo tamè in eo optimè obseruari potest, quod quemadmodū data ob causam dotis etiam antequam matrimoniū sequatur, reuocari non possunt per patrem, quia dotti destinata sunt, vt in. l. dotis fructus in fin. ff. de iure dot. & in. l. quod seruus. ff. de condict. causa data: ita & donata à patre ob causam studij, cū sit causa publi  
ca.

ca, quandiu vtilitati publicę destinata sunt, non reuocentur. Antequam tamen causa donationis sequatur, filiusq; studium compleat, & viuo patre incipiat militare & ita quod accepit, efficiatur castrense secundum Bart. supra non video quare donatio beate ualere, nec enim valet, nisi dominium translātū sit iuxta text. in. l. Senatus. §. 1. cū similibus de donat. causa mortis, diximus supra num. 165. Nec obstat, quòd ea bona solent præcipua esse ex priuilegio studij, prout tenet Bart. post glos. ibi in. l. quę pater. ff. famil. ercisc. Cuman. cons. 40. Alex. in. l. si donatione. num. 20. C. de collat. Rebuf. de priuileg. schol. priuileg. 56. & est communis secundum Dueñas. reg. 271. Quia respondetur, quòd licet ea opinio vera sit contra nonnullos, quos refert Rip. in. l. in quartam. num. 172. ff. ad. l. Falcid. debet tamen intelligi, quando pater moriens nihil expressit, tunc enim stat priuilegium studij, & ratio pietatis vt infra dicam. num. 177. Nec dici potest, quòd ea bona habent priuilegium quasi castrensis peculij, etiam antequam filius studium cōpleat ex. l. cum filius. ff. si cert. pet. quatenus videtur concedere administrationem filio famil. in studio existenti in ijs verbis. *Cum filius fam. viaticum suum mutū dederit, cum studiorū causa Romę ageret, responsum est à Scenola extraordinario iudicio esse illi subueniendum*, quoniā id non procedit ex eo quod scholaris est, sed quia pater absens est, iuxta l. si longius. §. 1. de iudicijs: & ita intelligitur. l. 5. C. ad Maced.

170 Neq; etiam causa studij, & militiæ indistinctè æquiparatur, prout contēdebant plures, vt per glos. in. l. quę pater. ibi libros, vel arma. ff. famil. ercisc. Ru-

PELLA. in enchiridio iuris Gallix. pag. 223. Claudium in tract. legitimarum. artic. 12. num. 14. Quod etiã iure Regio securè probant Auend. in reper. leg. partitarum, verb. castrense. Anton. Gomez in. l. 29. Tau. num. 17. & Dueñas. reg. 222. limit. 3. citãtes ad id expressas. ll. Regias. 5. tit. 15. part. 6. l. 3. tit. 4. par. 5. Non aduertentes eas. ll. non loqui in omnibus libris indistinctè filio donatis, sed in necessarijs duntaxat ad discendum in scholis, non ad munus iudicãdi, vel ad uocandi, vt ex eorum verbis cū iuditio expendit Gregor. in. d. l. 5. glos. vltim. quem sequitur Perez vbi supra: & sic a prædictis Doctorib<sup>9</sup> cauendū, nec minus à Dueñas. reg. 371. vbi citat Bart. & plures cum eo, tanquam loquantur in filio scholari: non aduertens Bart. & communiter scribentes in simplici scholari expresse cõtradicare. Licet hodie hæc opinio Dueñ. etiã in filio scholari posset iure defendi, quoniã tales libri a patre donati erũt cõputãdi in meliorationè tertij & quinti, sicut quelibet alia donatio ex. l. 26. Tau. & ita colligitur ex ijs quæ tradit Arias in. l. 26. Taur. nu. 14. Auend. d. verb. castrense, & responso. 19. col. 2. Doctor Perez vbi supra. vers. sexta conclusio.

171 Vnde cessat quæstio quid in filio Licentiato? Ex Bar. enim in. d. §. nec castrèse, & ex recepta interpretũ sententia, dum loquũtur in filio Doctore, vel Aduocato, cõstat ipsos diuersum sentire in Licentiato de iure cõi, quãuis multi controuerterent, vt per Ias. Ripã & Anton. Gomez in. d. locis: latè Palac. Rub. in rubr. §. 38. Arias in. dict. l. 27. Taur. num. 29. & quam plures alios relatos à Riminal. in princ. num. 99. Institut. quibus alien. licèt vel non, æquiparantes communiter

muniter Licentiatum Doctori: quæ æquiparatio maxime procedit in faborabilibus, vt tanquam receptũ cum multis tradit. D. Perez in. l. 2. tit. 4. lib. 4. Ordin. glos. 1. col. 3. versic. quid autem. Et ita in hoc nostro casu specialiter contra Bart. communẽ opinionẽ dicit idem Perez in. d. l. 8. tit. 2. lib. 1. Ordin. glos. 2. col. 4. versic. secunda conclusio, vbi omnes citant vulgare reg. l. pen. ff. de test. milit. Sed tamẽ cõtra eos vltra Bart. recept. vide Alex. in. l. si cui purè. ff. ad Trebell. 172 Neq; obstat tex. secundũ vulgarem allega. in d. l. pen. Ibi enim filiusfam. cingi confestim iussus, cinctus fuit, vt indicant ea verba tex. ibi (equestri militia ornatus) adiuncta glos. in. l. penul. versic. item quod ei. ff. ex quibus causis maiores. Quo facto habetur pro milite, antequã ad castra peruenerit, vt eleganter ad illũ aduertit Viglius. in. §. pen. Inst. de milit. test. Et colligitur ex. l. ex eo. ff. eodẽ ibi, numerum, quæ verba explicat Corraç. lib. 5. Miscellan. c. 22. nu. 4. Vel dicas eam vulgare regul. procedere in ijs quæ confestim, & infallibiliter fieri debent, non in alijs vt latè tradit Tiraq. post. ll. connub. glos. 2. nu. 2. & 26. & in notabili casu. Alciat. resp. 722. At in Licentiato necessarium non est, vt de proximo sit Doctor. l. naturalem. §. 1. vers. cum multa. ff. de acquiren. rerum domin. & magis vrget. l. fundi. 18. versic. atque parata. ff. de actionib. empti. Quæ tamen omnia superiora intelligenda semper in ijs quæ apta sunt ad studium, eo modo quo supra adnotauimus in. 3. par. de peculio castrensi. num. 142.

173 Cæterum quamuis ea bona non sint quasi castrensia, quando filius in vita patris studium non cõpleue-

pleuerit, vt suprā proximè satis probaui, tamen aduertendum in colatione non venire, idque speciali fauore studij, vt notat glos. per tex. ibi, in. l. quæ pater. ff. famil. ercisc. cuius hæc sunt verba. *Quæ pater filio emancipato studiorum causa peregrè agenti subministravit, si non credendi animo pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus in ratione portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari æquitas non patitur.* tradit ibi Paul. num. 1. Bart. in. l. 1. §. nec castrense de collat. bonor. Cuman. conf. 40. Alex. in. d. l. si donatione. num. 20. C. de collat. & optimè Rebuf. de priuileg. scholarium. priuil. 56. Gomez in. l. 29. Taur. n. 17. Communis opinio secundū Dueñas reg. 37.

174. Et quamuis contrarium teneant Corneus in authentica extestamento prope finem. C. de collation. Ripa vbi suprā num. 172. moti è eo quòd cū talis donatio causa studij facta, rectè valeat in vita patris, secundū ea quæ tradit Ias. vbi dicit communem in. l. 1. in fine, soluto matrimonio. Rebuf. supra priuileg. 60. nec sit castrensis ex doctrina Bart. in. d. §. nec castrense. nu. 3. necessariò conferri debet, propterea quòd regulare est donationem, quæ valet in vita patris esse conferendam, authent. extestamento. C. de collat. Tamen communis opinio verior est de iure contra Corneum, & alios suprā. Nec obstant argumenta contraria, quia respondetur, quod præterquā quòd talis donatio in vita patris non valeat, vt est verior sententia secundum Aretin. conf. 17. col. 3. & magis recepta secundū Ripam in. d. l. 1. nu. 140. soluto matrimonio. Corraf. in. l. frater à fratre. §. quæ situm. nu. 63. de condit. indeb. Dicendum est in ea cessare collationem.

tionem ex speciali priuilegio, & ita sentit Bart. in. d. §. nec castrense, & expressè in tract. de duobus fratribus. num. 15. refert Baldus in. l. filia cuius. num. 10. C. famil. ercisc.

175. Quòd si quis contra communem dixerit. d. l. quæ pater, solùm procedere in his quæ sunt consumpta tempore mortis paternæ, ac proinde illam legem pro communi nihil facere, prout tenet Albericus, & Fulg. ibi, idem Fulg. in. d. l. si donatione. Salicet. & Paul. in. d. l. filia licet num. 3. Corn. suprā. Replica-tur id quidem falsum esse. Nam cum regulariter sit verum consumpta non conferri, nec in legitimā imputari. l. ea demum. C. de collat. consequitur necessariò. d. l. quæ pater. loqui etiam in his quæ extāt: aliàs enim nullus studij fauor fuisset, aut ratio pietatis qua ille tex. mouetur. Vnde necessariò inferitur tex. in. d. l. quæ pater, & communem opinionem, de qua suprā, intelligendam esse in libris extantibus tempore mortis paternæ, vt fauore studij sint præcipui ipsius filij scholaris, nec vllò modo veniēt in collationem: quod iure Regio expeditissimum est, vt cōstat ex. l. 5. tit. 15. par. 6. & in nostro Regno. li. 4. tit. 77. §. 5.

176. Nec obstat si dicatur, quòd tex. in. d. l. quæ pater, loquitur in filio emancipato, quia cum moueatur pietatis ratione, à fortiori idem dicendum est in eo, qui est in potestate. Fecit autem ille tex. mentionem de emancipato, quia in eo maior erat ratio dubitandi: & ita ponderat Albericus Florianus, & Paulus ibidem. Vnde fit, vt dū Bart. post antiquiores in. l. donationes. §. pater de donat. existimauit quòd ad hoc vt habeat filius præcipuos libros, necesse ei sit vt fa-

ciat se emancipari. Cuius doctrinam post alios sequitur Alex. in. d. l. si donatione. num. 19. Ias. in authet. ex testamento. nu. 10. & ibi Decius. nu. 6. C. de collat. intelligatur quantum ad hoc ut facta emancipatione, filius sit securus. Nam cum donatio non valeat, ut supra dixi, recte potuit à patre reuocari. Vel etiã intelligatur quantum ad hoc ut constet de animo donantis iux. d. §. pater: si enim filius libros haberet, nec posset ostendere de volũtate patris eos habere, utiq; diuiderentur inter fratres tanquam bona patris. iux. l. certum est. C. famil. et cisc. cessaret enim p̄sumptio. d. l. quæ pater.

177 Ex superioribus tamen remanet talis conclusio: Castrensia, aut quasi castrensia, aut etiam erogata in honorem filij, puta in Doctoratu, nullo modo esse conferenda, aut imputanda. l. 1. §. nec castrense. de collation. bonorum. l. quæ pater famil. eriscund. Sed certè hæc conclusio primò intelligenda & limitanda est, nisi pater declarauerit conferenda, aut imputanda: tunc enim imputabũtur, aut conferentur tantum minus accipiendo, ut docet Bald. in. l. Macedoniani. C. ad Maced. & alij quos refert & sequitur. Gomez in. d. l. 29. Taur. num. 16. Rebuf. de priuilegijs scholarium. priuileg. 57. Quæ declaratio fieri debet tempore donationis, aut erogationis: aliàs enim quæretur ius filio, ut postea nullo modo conferantur, aut imputentur, licet pater in testamento id præceperit, ut probat Gomez supra. Cuius opinio vera est regulariter in castrensibus, aut quasi, aut etiam in iis quæ erogata sunt. Cæterum casu quo filius studiũ non compleuerit, cum donatio non valeat (secundũ

verio

veriorẽ sententiam, quam supra proximè probaui. nu. 65) ac propterea possit in totum reuocari, non mirum si possit pater eam declarationem facere etiã ex interuallo, argumen. l. iuris gentium. §. ad eò. ff. de pactis. Et ita tenet Butrius. cons. 38. num. 5. Ias. in. l. filia licet. n. 3. C. de collat. Rebuf. supra priuileg. 55. in fin. Quibus adde quòd eo casu quo propter prædictam patris declarationẽ debeat fieri collatio, aut imputatio expensarũ, ita fiet, ut ea quæ in domo patris filius erat consumpturus, non cõputentur secundũ Bald. con. 363. lib. 3. Aymon. cons. 125. nu. 9. Gomez vbi supra. n. 16. vers. Secũdò limita. De cuius tamẽ articuli pleniorẽ disputationẽ vidẽdi sunt Rebuf. & alij supra allegati, quos non vidit Cald. verb. Iesús: num. 102. vidẽdi etiam sunt Gondisaluus Var. quæst. cap. 2. Didacus Perez. in glos. verbo (Bachilleres) in l. 20. tit. 4. lib. 4. antiqui Ordinamenti. Garcia de expensis. cap. 4. per totũ.

178 Secundò limitatur superior conclusio, ut non procedat si pater penes se habeat bona filij, videbitur enim de his necessaria subministrasse, & expensas fecisse. Pro qua opinione facit tex. in. l. fin. ff. de peti. hæred. vbi Scæuola. lib. 3. Digest. hæc eleganter verba protulit. *Filius a patre emancipatus secundũ conditionẽ restamenti matris, adiit hereditatẽ, quã pater antequã filiũ emanciparet, possedit: fructusq; ex ea percepit. Sed erogationes in honorem filij, cũ esset Senator, fecit ex ea. Quæsitum est cũ paratus sit pater restituere hereditatẽ habita ratione eorum quæ in eum erogauit, an filius nihilominus perseuerans. petere hereditatem, doli mali exceptione submoueri possit. Respondit, & si non exciperetur, satis per officium iudicis consuli.*

Et ita ex hoc tex. tenet Bart. Alberic. Angel. & Castr. ibidem. Idem Bart. in l. Nefenius. num. 5. de negot. gest. Bald. in rub. num. 4. extra de officio iudicis. Ias. in authent. quod locum. num. 3. C. de collat. & in §. fuerat. num. 3. Instit. de action. Roger. in tract. de do. te. §. 2. nu. 9. Nauar. in manual. cap. 17. num. 160. idem Bart. in l. 1. §. nec castrense. num. 8. & in tract. de duobus fratribus. num. 26. & est communis secundum Gomez. in l. 26. Taur. nu. 19. tradit Gregor. in l. 5. ti. 15. par. 6. Sed certè tex. in d. l. fin. in eo iudicio communem opinionem non probat: nam pater ibi nulla bona possidebat, quæ ad filium pertinerent. Primò, quia erogationes factæ fuerant tempore quo filius erat in potestate, & per consequens incapax bonorum. l. placet. de acquir. hæred. Secundò, quia filius erat à matre institutus sub conditione, & pendente conditione nullum ius filij erat. l. cedere diem cū materia de verbor. signif. Tertiò, quia hæreditas iacebat, & quāuis postea filio delata fuisset, & ab eo adita, interim tamen ius adeundi non potuit esse in consideratione. l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. Deniq; non potuit pater qui hæreditatem possidebat videri de illis bonis erogasse, quia si deficiente conditione, vel repudiatione, filij hæreditas ad alium spectaret, pater non posset obijcere illi tales erogationes, quas fecerat in honorem filij, totamq; hæreditatē sine diminutione restitueret, & per consequens eas expensas tanquam pater fecisse videretur: ita quod posset filius inducere pietatem, de qua in d. l. quæ pater, vt eas expensas retineat, tanquam præcipuas, nec eas imputet in portionem suam, vt etiam hodie fiet, si fortè. d.

l. casus contingat, nec pater habeat alia bona filij præter hæreditatē ei delatam nec dum quæsitam. Vnde sanè ille tex. altiorēm habet intellectum, nam cū pater ibi eam hæreditatem possideret, & expensas in honorem filij futuri hæredis fecisset, negotiorum gestorū actionem sibi acquisiuit, qua filiū suū sibi obligauit, tanquam futurum hæredem. l. quæ vtiliter. l. nam & seruus. §. 1. de negot. gest. si enim potuit proprio nomine tanquam pater, & tanquam possessor hæreditatis gerere, censebitur sanè in dubio ex causa sibi vtiliori fecisse. iuxta regul. tex. in l. & magis. ff. de solut. & in l. pro hærede. ff. de acquiren. hæred. Vnde si pater postea conueniatur à filio factò hærede, poterit rectè vel exceptione. vti (quoniam cui competit actio, competit & exceptio. l. inuito. §. cui damus. ff. de re. iur.) vel etiam sine exceptione solū iudicis officio deseruienti actionem, qua pater fuit conuentus, sibi providere, vt expensas quas fecit, tanquam possessor hæreditatis deducat. l. siquid possessor. §. iustus ff. de petitione hæred. Sic fiet, vt si is filius de quo in d. l. fin. vel deficiente conditione, vel ex repudiatione non sit hæres, & in iudicio familiæ eriscitūdæ post mortem patris velit vti beneficio tex. in d. l. quæ pater, poterunt ei fratres obijcere, quòd non paterna pietate eas expensas fecit pater, sed tanquam possessor hæreditatis, nec animo donandi, sed credendi, vt ita cesset decisio. d. l. quæ pater.

179 Sed licet hic tex. in d. l. vltima non probet prædictam opinionem communem, pro ea tamen optimè facit tex. in l. Nefenius. ff. de negot. gest. quatenus ibi Iur. Conf. Paul. probat, quòd sumptus voluntarij

Pro declaratione. l. si nal. ff. de petit. hæ. optimaani mæduer-sio.

tarij facti, ab eo qui bona filij, vel nepotis habebat de-  
sentur fieri administratorio nomine scilicet illius cu-  
ius negotia gerebantur. Secundò facit tex. in argum.  
in. l. fin. C. de dotis promission. dum probat dotis cõ-  
stitutionem, ex eo quòd necessaria est, videri patrẽ  
fecisse de bonis suis, in quo manifestè significat non  
idẽ dici posse, si sumptus essent voluntarij. Tertiò fa-  
cit, quia cum secundũ auctoritatem iuris noui pater  
sit legitimus administrator filij. l. vlt. §. sin autẽ infra  
eodẽ, sequitur quòd tales expensas videbitur fecisse  
pater magis nomine administratorio, quã paterno,  
quoniã cũ ad eas expensas pater non teneatur, benẽ  
desumitur talis præsumptio, prout expendit Bart. in  
d. §. nec castrense. num. 8.

180 In hoc autem exemplo ad hoc pro eius com-  
plemento aduerto, quòd licet Iustinian. in. l. fin. C. de  
inof. test. ad peculiũ quasi castrense referens salaria  
aduocati, dũ taxat loquatur de salario ex publico per-  
cepto, attamẽ ex generalitate. d. l. fin. ibi, quicquid, &  
l. cũ aduocatio, ibi, quolibet casu, & ibi, quolibet titu-  
lo, de aduoc. diuer. nõ min⁹ idẽ dicẽdũ videatur in eo  
quod à clientibus, & à priuatis percipi licet, vt olim  
percipi solebat. l. i. §. in honorarijs. ff. de varijs & ex-  
traordinar. cognition. hoc enim etiam publicũ lar-  
go modo appellari poterit, quasi ex publica causa, &  
publico officio acquisitum: maximẽ cum aduocati sic  
militare dicantur tractantes negotia priuata, ac pu-  
blica, vt colligitur ex tex. in. l. aduocati, in verb. pri-  
uatorum, in finalibus verbis. C. de aduocat. diuerso-  
rum iudiciorũ. Vnde sententiã glo. d. l. fin. id specia-  
liter notãtis in aduocato cõtra. Speculatorẽ sequitur

Bald.

Bald. hic num. 16. Ias. in rubr. num. 7. C. de procurat.  
Corrasin. l. frater à fratre. 1. part. num. 80. Gregor. in  
l. 2. tit. 2. p. 3. verb. en las escuelas: idẽq; magis probat  
A Eguinarius Institut. de test. milit. in fin. Mayner.  
ad. l. filiusfamil. num. 7. & 10. ff. de reg. iur. & quo ad  
effectum collationis tanquam receptũ cũ alijs tradit  
Benincasius. de paupertate. quæst. 7. specie. 1.

181 Exẽplo autẽ aduocati hodie dicẽdũ idẽ videtur  
in similib⁹ personis, nẽpe, Doctore, Medico, tabellio-  
ne, & multo magis in iudice, de quib⁹ loquitur con-  
stitutio Iustinia. in. d. l. vlt. C. de inof. quorũ quæ offi-  
cia publica sunt, & ita latè & vtiliter contra alios re-  
soluit Alex. 2. cons. per totũ. vol. 6. sequitur Dec. in  
l. fin. C. qui test. fac. poss. Palac. in rub. §. 62. n. 18. Aret.  
n. 2. & latius Rimin. ex. n. 57. cum sequentib. in. d. §. 1.  
per quas personas, & generaliter in omnib⁹ ijs loqui-  
tur Vigli. in. §. fin. Institut. de testam. milit. & eandẽ sen-  
tentiã dicit communem Bertrand. cons. 192. n. 1. vol.  
4. receptiorẽ verò Auferius ad Capell. Tolos. decis.  
10. Neque ab ea in praxi esset recedendum, quia cõ-  
suetudine obseruatur secundum Alctatum. respon. 359.  
numer. 1. licet attenda iuris dispositione solam  
Principis, vel publicam pensionem omnino exigi vi-  
deatur in prædictis personis, vt tradit Nauarr. im-  
memor commun. opinion. in Manual. cap. 17. n. 142.  
à quo cauendũ in praxi. Nec minus in professoribus  
Grammatices cauebis ab Alber. nõ relato in. l. duo.  
n. 2. ff. pro socio. contra quẽ vrgent rationes, & fun-  
damenta communis opinionis circa alias personas,  
& specialiter facit æquiparatio. l. vltim. §. final. ff.  
de munerib. l. duas. §. Grammatici. ff. de excusation.

& vrgen-

& vrgentiùs induco tex. in eadem æquiparatione in l. Medicos. in princip. & vltcrius, ibi (mercedes vel salaria) & in l. Gramaticos. C. de professoribus & medicis lib. 10.

182 Cauebis etiam à Bald. in præsentì num. 16. negante quasi castrense peculium in acquisitis à tabellione, nisi ex publico salario, quòd absolutè sequebantur. Nauar. vbi suprà, & Gregor. in l. 2. tit. 2. par. 3. verb. (Los escriuanos) auctoritate illius legis. Vides enim ex præcedentibus id generaliter intellectum verum non esse in omnia notarijs indistinctè, & ita in notario Principis non esse recipiendum, nec etiam in ijs tabellionibus, qui vulgò Publici appellantur, quorum officia publica sunt, & in quibus militant fundamenta communis opinionis: pariterq; applicari potest dispositio. l. fin. C. de inoffic. testament. verb. memorabilibus. cum glos. vt benè aduertit Molinæus ad Alexand. d. conf. 2. vol. 6.


183 Magis cauebis à multis ampliantibus cõmunè opinion. ad omnia quæ sita à procuratore intuitu officij, vt per Alex. in d. conf. Mayner. in l. filiusfamil. num. 8. ff. de reg. iur. & Riminald. in d. §. 1. Inst. per quas personas ex. n. 61. vbi latè id defendere conatur, contendens præpostera subtilitate, procuratoris officium publicum dici posse, quod tamè falsum est, cum huiusmodi officia potius priuata dicenda sint, quam publica, ideo acquisitum eorum intuitu, non meretur de iure nomen quasi castrensis peculij secundum receptiorem sententiam, de qua suprà, quã meliùs in procuratore tangunt Bald. in præsentì. nu. 16. Ias. in rubr. num. 7. C. de procurat. Bertrand. d. conf.

192. vol. 4. Molinæus & Alex. d. conf. & alij adducti à Riminald. n. 61. qui fatetur sic se habere cõmunè opin. Possèt tamen contraria defendi hodie in Regno Castellæ; quo tẽpore procuratores ordinatione Regia habēt collegiũ approbatũ, & numerũ certũ & definitũ, cõsenturq; personę publicę, & eorũ officia iã deinceps publica dicẽda sunt, vt in terminis elegãter tradit Alc. d. resp. 359. n. 1. Illud vero indignũ erat, quòd Bald. & scribẽtes, vt præcipuũ fundamẽtũ priori adducebãt, dicentes officiũ hoc procuratoris vilissimũ esse, & in fame per tex. in l. si quis procuracionẽ, & ibi gl. Bar. & oēs. C. de Decur. li. 10. & qđ ab eo infamis nō repellitur. §. fin. vbi Faber. Aret. & oēs. Instit. de except. l. 7. ti. 6. p. 7. notat gl. vlt. in reg. infamibus de reg. iur. in. 6. l. 1. §. hoc edicto. vers. certos. ff. de postulan. notat etiã Dyn. in reg. infamibus. in fin. & plures referēs Rom. singul. 814. & tãquã receptũ tradũt & sequũtur cũ alijs Casan. in catalog. Gloriz mudi. n. p. cõfid. 19. in fi. Auiles in verb. Procuradores. in princip. Greg. in l. 5. tit. 5. p. 3. verb. Algũ yerro. Perez in l. 1. ti. 19. li. 2. Ord. & vt verũ & indubitãtũ tradit Tiraq. de Nobil. c. 30. per totũ tribus modis limitãs, & inde inferens ad quotidianos effectus in praxi, & in materia nobilitatis, de quibus etiã elegãter & vtiliter disputat Didac. de Couar. Practic. quæst. cap. 19. nu. 5. & 7. in fin. Sed certè hæc sententia non est admittenda, quia contrariũ obseruat cõmunis hominũ existimatio, cui in hoc stãdum est secundũ Bar. in l. 1. n. 62. & 83. C. d. dig. lib. 12. vbi in rub. illius tit. explicauimus, & latissimè per Tiraq. de Nobil. c. 10. Nec tex. in d. l. si quis procuracionẽ probat vulgare allegationẽ, loquitur enim de procuracione

patrimonij alieni, vulgò (Mayordomia) vt planè ex  
litera constat, & bene agnoscunt Bart. ibi, Tiraq. Co-  
uar. & alij, vbi supra, quæ iustis de causis decurioni pp-  
ter eius dignitatē & officiū interdicitur. ibi & in. l. cu-  
rialis. C. locat. l. spurij. §. si decurio. ff. de decurion. l. 2. §.  
1. ff. de administr. rerū ad ciuit. pertin. appellaturq; vi-  
lissima habito respectu ad ipsum decurionē, & ad eius  
dignitatē: sic etiā responderi poterit ad tex. in. d. §. fin.  
vbi infamis à procuratoris officio nō repellitur, non  
viriq; ea ratione, quòd officium ipsum in se vilissimum  
sit, vt scribentes putant, potius nāq; Iustinianus indi-  
cat cōtrariū de iure fieri debere., & ita olim fieri, cum  
tamen eius exceptionis vsus in iudicijs non esset fre-  
quens, quasi nimium differret lites, quas iā ipse Iustin.  
trienio præceperat terminandas. in. l. properandum.  
C. de iudicijs, ea ratione infamis ab eo toleratur in. d.  
§. fin. similiterq; toleratur à. l. Regia. 7. tit. 6. par. 7. imò  
ius illud antiquum ante Iustinian. videtur ius canoni-  
cum approbare, ac denuò cōfirmare voluisse, vt patet  
ex tex. in. c. 1. & cap. 2. 3. quæst. 7. norat Balduinus in. d.  
§. fin. & tradit Mayner. in. d. l. filiusfamil. num. 9. ff. de  
regul. iur. Neq; aduertunt scribentes officium procura-  
toris non idèo infame dici debere, quòd infamis pro-  
curator esse possit. Hæc namq; consequentia apertè  
corruit ex. l. Pedius in princip. ff. de arbitris, & ex alijs  
exemplis dict. l. Regiæ, & ex iuris regul. quæ habet in-  
famem duntaxat repelli ab ijs quæ nobilitatem, & dig-  
nitatem præferunt non ab alijs, regul. infamibus de  
regulis iuris in sexto. l. 2. C. de dignitat. lib. 12. vbi di-  
ximus anno præterito Conimbricæ.

## De ijs qui in Regio palatio militant, & de eorum bonis à Principe donatis.

**T**ertiu exemplum peculij castrensis est in eo, quòd à 184  
Principe datur filiofam. id enim ad filium spe-  
ctat in plenum, vt est tex. vbi notat Bald. in. l. cum  
multa, ibi, ad similitudinem castrēsis peculij, infra hoc  
titulo: sic enim scripsit Imperator. *Cum multa priuilegia  
Imperialibus donationibus iam præstita sint, dignum incremen-  
tum & his conferre nostra dignata est clemētia. Si quis igitur  
à serenissimo Principe, vel à pijsima Augusta, siue masculus,  
siue foemina donationes sit consequutus, vel consequuta, siue  
mobiliū, siue immobiliū, siue semouentiū rerū filiusfam. ta-  
men constitutus vel cōstituta, habeat huiusmodi res omni ac-  
quisitione absolutas, & nemini eas acquirat, nec earū vsu fru-  
ctū pater, vel auus, vel proauus sibi vēdicet, sed ad similitudi-  
nē castrensis peculij omnē facultatē in eis filij vel filiesfam. ha-  
beant, vt enim Imperialis fortuna omnes supereminet, alias ita  
oportet principales liberalitates culmen habere præcipuum.*  
Cuius donationis speciale hoc inter multa alia Prin-  
cipis priuilegia refert Menchac. de successiōnū creat.  
lib. 3. §. 26. ex nume. 2. & 5. cū sequentibus, & inter du-  
centa octo copiosius cōgerit Cassan. in catalog. glo-  
riæ mundi. §. p. cōsid. 24. vbi priuileg. 164. refert de-  
cis. d. l. & ad propositū optimè tradit Alex. in. l. 1. §. hoc  
autem num. 5. ff. ad Senat. Consul. Trebell. l. as. in au-  
thentica ex testamento. num. 12. C. de collation. & in  
l. fin. col. vlt. & ibi Dec. nu. 6. C. qui testamē. facer. pos-  
sunt. Suarez in. l. quoniā in prioribus. l. limit. num. 10.





C. de inof. test. l. 7. tit. 17. p. 4. & neminē referēs tāquam  
 • indubitātū refert Cald. in. l. si curatorē habēs verb. leg-  
 sis. n. 96. animaduertēs definitioni peculij quasi castrē-  
 sis adijciēdū esse, vel q̄ a Principe donatū fuerit.  
 185 Neq; intelligas singularitatē illius tex. in. d. l. cū  
 multa consistere in eo, quōd talis donatio facta a Prin-  
 cipe efficiatur in plenū filij, id enim iure cōi precede-  
 ret sine noua huius tex. decisione, quia eo ipso q̄ Prin-  
 ceps cōcederet, videretur id ipsum voluisse, nisi reser-  
 uaret patri vsum fructū, quēadmodū fit in ijs legibus,  
 voluntas enim Principis seruetur tanquā lex, vt in. l.  
 penult. C. de donat. inter virū & vxorē. l. sancimus in  
 fine principij. C. de donat. consistit ergo singularitas  
 illius legis in eo, quōd filiusfam. poterit de illis rebus  
 testari tanquā quasi castrensis, vt in princ. Instit. qui  
 bus nō est permis. facere test. quod aliās iure cōi non  
 liceret. l. 1. C. qui test. facer. poss. Constat tandē talē do-  
 nationē omnes effectus peculij castrensis cōsequi, sci-  
 licet non solū circa vsum fructū patri non acquiendū  
 & collationē euitandā vt specialiter notat Gomez. in  
 §. actiones de pecul. n. 15. de action. sed etiā vt de illis  
 possit testari filius vel filia, licet in potestate patris cō-  
 stituti. iux. l. 1. §. hoc autē. vers. in filij. ff. ad Trebel. vbi  
 Alex. n. 5. & satis colligitur ex verbis. d. l. cū multa ibi,  
 omnē facultatē, & vterius, ibi, culmen præcipuū, & ita  
 Ludouic. Gomez. vbi supra. Segura in. l. Imperator. n.  
 42. ff. ad Treb. Guiller. in. c. Raynut. verb. matrē. n. 17.  
 186 Illud in eo tex. singulare & valdē mirū est fœ-  
 minā posse habere peculū quasi castrēse, vt extollunt  
 Bald. ubi Ias. in authent. ex testamento nu. 12. C. de col-  
 lat. Dec. in. l. fin. n. 6. C. qui testam. facer. poss. Suarez.  
 in. l.

in. l. quoniā in prioribus. 6. limit. ad. l. Regiā in fin. vt  
 nō immeritō noster ille cōcurrēs (vt eius solita cātile-  
 na vtar) iuris professor sapientissimus, nunc in Valliso-  
 letano cōuētū Regius auditor cōtra omnes existima-  
 ret donationē factam fœminæ ad peculū quasi castrē-  
 se nō spectare: nec mirū, cū ea iā sit n̄orū nunc inter-  
 pretū ingeniorū petulātia, ne dicā fastidiū, vt aliquib⁹  
 placeant, & arrideant, quæ ab omnibus improbari vi-  
 dent: & cōtrā displiceant, quæ omnes probant. Dicit  
 ergo doctissimus vir cōstitutionem. d. l. cū multa non  
 min⁹ de fœmina, quā de masculo scriptā esse, ac proin-  
 de ad peculū castrēse, vel quasi non posse pertinere  
 cū sexui fœmineo conuenire non possit militia arma-  
 ta, siue togata. ex. l. fœminæ. 2. ff. de regul. iur. coniu-  
 ctis exēplis. l. vltimæ. C. de inof. testam. Huic enim ar-  
 gumentationi respōdendū est in prædicta constitutio-  
 ne ad similitudinem quasi castrensis peculij donata a  
 Principe regulari, non autē esse castrensia nec quasi ca-  
 strensia, cū aliud sit esse tale, aliud haberi pro tali. Ac  
 tandē prædicta cōstitutio iure Regni probatur ex. l. 7.  
 tit. 21. p. 1. Vnde ad huius rei imitationē videmus fœ-  
 minas D. Iacobi Spariferi, Calatrauæ, & Alcātara in-  
 signijs, militibus viris propter res in bello præclarissi-  
 mē gestas tantūmodo inuentis, sapiēsimē in Hispania  
 decorari, ac meritō propter earū animi magnitudinē  
 & prudentiā, qua plerūq; polent exornari.

Nec etiam obstat. l. 2. tit. 21. p. 1. quæ donationē hāc  
 a Principe filiofam. factā expressē aduentitiū peculium  
 appellat, loquitur enim in clerico, in quo peculū ad-  
 uentitiū dicitur, quod in alijs est quasi castrense.

187 Et cū leges Regiæ specialiter loquātur in Rege,

cessat hodie quæstio, an prædict. l. cū multa loquēs in Imperatore, in Rege etiā locū haberet, in quo receptior est sentētia p parte affirmatiua, vt latē & efficaciter cōtra Barbat. probat Suar. in. q. vtrū in bonis Maiorat. n. 25. Iaf. & Mench. vbi suprā Rip. in nra. l. filius fam. §. Diui. n. 6. ff. de lega. 1. & deducitur ex traditis d Fel. in cap. cū non deceat. num. 10. de præscript. Imperator namq; Rex appellari potest, vt colligitur ex l. fin. C. de legibus, ibi, Imperialis, & ibi, Imperiali, iūcto, ibi, regalē sensum, & ibi, Regū interpretationē, & ita priuilegia Imperatoris à Rege cōcessa vidētur, vt cōstat ex l. penul. ibi, impijssimā Reginā. C. de donat. inter. l. postliminiū in princ. verb. Reges. ff. de capt. & postlim. reuers. c. per venerabilē. §. in super, qui filij sint legit. c. super quib⁹ dā. §. 1. ibi, Imperatorē vel Regē de verbor. signif. l. 5. in princip. l. 7. in fin. l. 8. in princ. tit. 1. p. 2. Quod vtile est & maximē cōducit ad omnia priuilegia Imperatoris, de quibus per Cassan. & Menchac. d. locis, specialiter vero ad l. penul. C. de donat. inter. & ad l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. ad quā eandem, vt veriorē, & receptiorē sententiam contra alteram cōmunem ex innumeris probat Dueñas. reg. 238. limit. 5.

Nec solū procedit. d. l. cū multa in Rege: sed in alijs populis & dnīs non recognoscentibus superiorem, vt per Iaf. in. d. auth. ex testam. & tanquam receptū cum multis tradit Rimin. in. §. 1. Inst. de donat. ex. n. 451. Valle. q. 3. n. 7. & pro eis elegāter inducitur tex. in. l. postliminiū in princ. ibi, liberos omnes populos, Regesq; ff. de captiu. & postlimi. reuers.

188 Aduerto etiam prædictis addēs tex. in. d. l. cum multa.

multa procedere & si cōtēplatione patris, & propter eius seruitiū donatio facta sit filiosam. vt probat Gomez in. l. 48. Tau. n. 4. Cald. de nomin. emphi. q. 18. n. 6. & in. l. si curatorē. verb. legis. n. 106. & 107. Quāuis Palac. Rub. in Rub. de donat. inter. n. 48. in fin. immemor illius tex. in. d. l. cū multa asserat in eo casu patri in totū acquiri, motus ex glo. & cōi ibi in. l. sed si plures. §. in arrogato de vulg. Quæ opinio vera non est, prout latē defendi in. 1. p. huius. l. in princ. & quāuis propter authoritatē tenētū foret seruāda, cessare tamen debet in casu de quo loquimur hīc. Secūdò intellige, & amplia. d. l. cum multa, vt pcedat & habeat locū, etiā si donatio fiat cū onere perpetuò fideicōmissi. Nā quāuis morte filij cesset ius quasi castrensī peculij. l. per procuratorē de acquir. hær. quia tamē quilibet possessor habet à Principe rē. iux. l. vnū ex familia. §. si d Falc. de leg. 2. l. cohæredi. §. cū filia. de vulg. & pup. fiet, vt in quolibet possessore turet priuilegiū, & ita dduxit Roder. Suar. in. q. vtrū in bonis maiorat⁹. n. 9. & 18. cuius meminit Pelaez de Mier. de maior. i. p. q. 26. col. 2. Gomez vbi suprā. Greg. in. l. 5. & 7. ti. 17. p. 4. quib⁹ adde ad alias utilitates hui⁹ pūcti d quo agim⁹. Cald. Perei. de nominat. emphit. q. 16. n. 6. & Mench. lib. 3. de succes. creatione. §. 26. n. 5. Mantua. singul. 601. n. 2.

189 In hoc etiā exēplo annecti possunt omnes militiæ quas cōmemorat. l. fi. C. de inof. quæ erāt officia, siue dignitates, ex quibus annuiredditus percipiebātur vt in. l. omnimodo. 35. §. imputari. C. de inof. testam. l. vlt. C. de pign. l. Lucius. 22. deleg. 2. l. fideicōmiss. ii. §. si seruo de leg. 3. l. creditor. 54. §. inter. de actiōibus empti. §. si vero, versic. optimum, de exhibēdis reis, de quibus

*Quarta pars*

quibus & alijs similibus militijs videndi sunt Garcia de expensis cap. 4. Matienz. in. 4. part. relatoris. quæst. 10. ex num. 6. & quæst. 11. & 12. Couar. lib. 3. Variar. cap. 19. Tellus ad. l. 26. Taur. Baeça tract. de non meliorandis filiabus. cap. 26. num. 14. vbi agunt de iure, collatione, & venditione earum militiarũ, quales sunt Notariorum, Secretariorum, Decurionum, & similiũ, & eorum qui in palacio Principis alicui muneri seruiunt stipendio & salario constituti, qui in militia & dignitate esse dicuntur in. l. 3. C. de dignit. lib. 12. l. vlt. C. de silentarijs, & ex rubrica de proximis sacrorum scriniorum, & de priuilegijs eorum qui in sacro palacio militant, vt ad eos titulos explicant Cuiac. & Alc. & est apud Hispanos. l. 2. tit. 2. p. 3. de quibus militijs extat elegans disputatio Lelij Taureli de militijs ex casu, & Conam. lib. 4. comment. cap. 14. Cuiac. Nouel. 39. & 53. & 97. Ego Castrẽsis publicus in Cæsareo iure Lector.

(. . .)

**F I N I S.**

**LEGES QVÆ DECLARANTUR in tit. C. deannon. ciuilib.**  
**Lib. II.**

*Ex. ff. Veteri.*

- L**EX. cum hi. ff. de transaction. in rubr. num. 10.
- L.** si vsusfructus alternis. ff. quibus modis vsusfruct. amittat. de claratur. ibi. num. 39.
- L.** si quis ita legauerit. ff. de vsufructu. ibi. num. 53.
- L.** defuncta. §. Semproniu. ff. eod. titul. ibidem.
- L.** diem functo. ff. de officio assessorum. 4. notab. num. 11.
- L.** si in lege. §. si domus. ff. locati. ibi. num. 12.
- L.** qui operas. ff. locati. ibid. 15.
- L.** si operas. ff. de vsufruct. in. 5. notab. num. 15.
- L.** vti frui. §. fin. ff. si vsusfruct. pet. ibidem.
- L.** in quorum. ff. de pignoribus. in 6. notab. num. 5.

*Ex Infortiatis.*

- L.** qui patri. ff. de acquir. hæred. notab. 12. num. 7.
- L.** ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. in 6. notab. num. 3.
- L.** legatum. ff. de vsufruct. legat. 1. notab. m. 12.
- L.** 2. ff. de rebus dubijs. ibi nu. 8.

- L.** si in singulos. ff. de ann. legat. in rubr. nu. 39.
- L.** nihil proponi. ff. de legib. ibi. num. 29.
- L.** incertũ. ff. de aur. & argẽ. leg. ibi num. 15.

*Ex. ff. Nouo.*

- L.** stipulationes non diuiduntur. §. coelus. ff. de verb. oblig. in rub. num. 16.
- L.** 4. §. seruire. ff. de statu liberis, 4. notab. num. 11.

*Ex. C. & alijs.*

- L.** fin. C. de domesticis, & protect. lib. 12. in rub. nu. 16.
- L.** fin. C. de reb. alien. non alien. notab. 11. num. 4.
- L.** vnica. C. de contractib. iudic. ibi. num. 5.
- L.** vnica. C. de habitatoribus Metrocomiæ. lib. 12. notab. 11. numer. 16.
- L.** 3. C. de fund. limitroph. lib. 11. ibid. num. 20.
- L.** vnica. C. si liberalitatis Imperialis socius sine hærede de cesser. lib. 12. notab. 12. nu. 2.
- L.** 1. C. de frument. vrb. Constā-

Cc stan-

# INDEX.

*Propositi.* lib. 11. in rub. nu. 9.  
**L.** diuines. C. de præscript. 30. vel  
 40. annorum. ibi. num. 41.  
**L.** cum notissimi. §. in ijs etiam.  
 C. eodem. ibi d.  
**L.** 1. C. de fideicom. ibi nu. 44.  
**L.** in annalibus. C. de legat. ibi.  
 num. 52.  
 §. sed & si rem. inst. de legat. ibi.  
 num. 31.  
**Cap.** fin. §. porrò. de offic. ordin.  
 lib. 6. in. 5. notab. 4.  
**Cap.** 1. §. his consequenter. hic fi-

nitur lex. in v. sibus feudorum.  
 ibi. nu. 14.  
**Auth.** de non alien. aut permut.  
 rebus Ecclesię. §. emphyteosi.  
 coll. 2. in. 6. notab. num. 8.  
**Cap.** requisisti. de testament. in  
 1. notab. num. 7.  
**Concil.** Triden. sess. 22. & sess. 25.  
 cap. 4. explicatur in. 3. notab.  
 num. 3.  
**L.** 17. tit. 14. lib. 6. recopil. in rub.  
 num. 62.  
**Ord.** reg. lib. 2. tit. 16. in rub. n. 20.

# INDEX LOCORVM

Juris cõmunis, & Regij, quę in hoc libro  
 explicantur, in quibus peritus, & candidus le-  
 ctor semper aliquid nouum, vel non ne-  
 gligendum reperiet.

*Ex Digesto Veteri, seu primo volumine Pandectarum.*  
**L.** EX. 3. §. sed vtrum. ff. de mi-  
 noribus. num. 29.  
**L.** vendicatio. 56. ff. de reiuend.  
 num. 4.  
**L.** Auus. ff. de iure dot. quę vide-  
 tur esse antinomia cum. l. dotē  
 dedit. ff. de collat. bono. decla-  
 ratur. 12.  
**L.** profectitia. §. 1. & §. si quis. ff.  
 de iure dot. 15.  
**L.** Iulianus. 14. §. si quis à pupillo.  
 ff. de action. emp. 96.  
**L.** sed & si quis. §. si. ff. de usufruc.

noue intelligitur. 128.  
**L.** cum filiusfamil. ff. si cert. pet.  
 breuiter declaratur. 172.  
**L.** quę pater. ff. fam. ercis. 175.  
**L.** fin. ff. de petit. hær. nouiter in-  
 terpretatur. 178.  
**L.** si usufructus. ff. de iur. dot. 120.  
**L.** frater à fratre. ff. de condit.  
 indeb. in. 2. par. num. 127. & in  
 3. par. num. 160.

## Ex Infortiatis.

**L.** pen. ff. de testam. milit. 171.  
**L.** dotem dedit. ff. de colla. bono.  
 noue intelligitur. 13.

L. qui

# INDEX.

**L.** qui in aliena. in prin. ff. de acq.  
 hære. noua traditur ratio. 140.  
**L.** pen. ff. de collat. dot. interpre-  
 tatur. 63.  
**L.** Caius. ff. solut. matrim. verus  
 intellectus. nu. 76.  
**L.** Imperator. ff. ad Trebell. subti-  
 liter interpretatur. nu. 150.  
**L.** filiofam. ff. de cond. & demon.  
 declaratur. 17.  
**L.** Seius Saturninus. ff. ad Treb.  
 14.  
**L.** cum hæres. ff. de acquiren. hæ-  
 redit. 17.  
**L.** tutor. §. 1. ff. de excusat. tutor.  
 num. 143.

## Ex Digesto Nouo.

**L.** ex castrēsi. §. seruos. de castrē.  
 pecul. 152.  
**L.** pen. & l. fin. ff. de castrens. pe-  
 cul. 151.  
**L.** à Titio. ff. de furtis. 158.  
**L.** Etiam. ff. de acq. rer. dom. 32.  
**L.** 2. §. voto. ff. de pollicit. singular.  
 intellectus remisiuè. 41.  
**L.** Labeo. §. contractū. ff. de verb.  
 signification. elegans interpre-  
 tatio. 97.  
**L.** Diuus. ff. de castrens. pecu. 142.  
**L.** cum filiusfamil. ff. de castrens.  
 pecu. 157.

## Ex Codice.

**L.** cū aliquis. C. de iure deliber.  
 17.  
**L.** res vxoris. C. de donat. inter.

conciliatur cum. l. cum hic sta-  
 tus. §. si donator. vers. si mari-  
 tus. ff. de don. inter. 45.  
**L.** si donatione. C. de colla. remis-  
 siuè. num. 61. & num. 68. nouè  
 intelligitur.  
**L.** 3. C. de bon. proscriptorū. 147.  
**L.** 2. C. de inoffic. donat. 64.  
**L.** pen. C. de collat. nouus intelle-  
 ctus. 69.  
**L.** vt liberis. & l. fin. de collat. de-  
 claratur. 98.  
**L.** 4. C. de bon. quę lib. interpre-  
 tatur. 144.  
**L.** cum allegas. C. de castren. pe-  
 cul. lib. 12. nu. 144.  
**L.** vlt. C. de usufruct. nouè intelli-  
 gitur, ac declaratur. 116. & 119.  
**L.** sacrosanctæ. C. de Epif. & cler.  
 necessaria ac vera interpreta-  
 tio. 162. cum sequentibus.  
**L.** cum multa. infra hoc tit. decla-  
 ratur. ex num. 184.  
 §. cum autem infra hac. l. non esse  
 correctum contra Cifuentes,  
 sed in regno Portugal. sic. 137.  
**Auth.** presbyteros. C. de Epif. &  
 cler. vera interpretatio. n. 163.  
 & 167.  
**Authen.** excipitur. infra hoc tit.  
 num. 112.  
**Aut.** item hæreditas. eod. nu. 80.  
**Auth.** extestamento. C. de collat.  
 num. 66.

## Ex Institutionibus.

**Princip.** quibus non est per miss.  
 face. test. nouè intelligitur. 82.  
 §. fin. inst. de usufructu. 120.



# INDEX.

- ta quæ fit ab ipsa lege. ibi. 90.
- A**lienatio quæ fit ex delicto tãquam necessaria non prohibetur. ibi. 92.
- A**lienare potest pater bona aduëtitia sine decreto iudicis in casibus sibi à lege permisis. ibi. num. 121.
- A**lienare nõ potest filius res suas sine patris consensu, & auctoritate. ibi. 122.
- A**lienationis verbo cõtinëtur pignoris datio, donatio, & seruitutis impositio. ibi. 128. & in tit. de ann. num. 13.
- A**lienationis prohibitio intelligitur in ea quæ fit sola prohibiti voluntate, in. l. cum oportet, nu. 129. & vide in verb. prohibitiõ.
- A**lienatio facta à filiofam. sine auctoritate patris, etiam iuramẽto firmata non valet contra Caldas. ibi. num. 123.
- A**lienare. vide verb. filius, & ver. pater.
- A**lienatio rei dotalis non valet si ne licëtia vxoris, etiãsi ei utilis sit contra Palat. Ant. Gomez. Suarez, & alios. ibi. 36. *de anno. cit.*
- A**lienationis prohibitio quando fit favore Reipub. pretium applicatur fisco facta alienatione in tit. de ann. notab. 11. nu. 2.
- A**limentorum transactio quare in consulto prætoris nõ valet, in rubr. de ann. num. 10.
- A**limentandus ex aliquo fundo maioratus nõ tenetur ad tribu-
- ta ei imposita, sed tantum possessor maioratus ibi. 62.
- A**liari Valarqui opinio refutatur. ibi. num. 41.
- A**luarus Vas Lusitanus laudatur. in. l. tum oportet. num. 99.
- A**luarus Valascus defenditur ab abimpugnatione Caldas. ibi. num. 106.
- A**ngeli doctrina in. l. si patroni. ff. ad Trebel. nouiter defenditur. ibi. num. 99.
- A**ntonius Sotifius Primarius Auctoris præceptor cõmendatur. ibi. num. 80.
- A**nquior regulariter præfertur & qui habet dignatem ei, qui nullo honore functus est. in rit. de ann. notab. 2. nu. 2.
- A**nnona concessa scholis, nõ Vniuersitati, sed singulis, prouincius cuiusq; meritis concessa intelligitur, vt eius emolumenta ad cognatos ipsius ex lege prætoris, vel de iure civili ad extraneos pertineant. ibi. i. notab. num. 2.
- A**nnonarius non tenetur reficere prædiũ ex quo annona ei præstatur: vsufructuarius vero sic. ibi in rubr. nu. 61.
- A**nnona concessa scholis, nõ potest per Vniuersitatem reuocari, aut immutari. ibi. 3. notab. num. 2.
- A**nnui redditus computantur inter bona immobilia. ibi. in rubr. num. 34.
- A**nnuus redditus si ex stipulatione

# INDEX.

- ne debetur, vnica præscriptio. ne. 30. annorum in posterũ tolletur: secus verò si debeatur ex vltima voluntate. ibi. 39.
- A**nnona non præscribitur etiãsi per viã stipulationis, quocũq; modo constituatur, & quare. ibi. 45.
- A**nnona solui debet secundum affirmationem pecuniarum quæ fuerit tẽpore contractus. ibi. 47.
- A**nnona regulariter finitur morte dantis, & accipiētis. ibi. 49.
- A**nnona hodie de consuetudine extinguitur tantum morte accipientis, vt vsufructus. ibi. n. 50.
- A**nnona si relinquatur monasterio, collegio, aut scholis, quo spatio duret, an cẽtum annis vt vsufructus, extinguitur. ibi. 51.
- A**nnuum legatum solet vsufructui comparari. ibi. id.
- A**nnona, & alimẽta etiã viuẽte alimentario nõ cõfiscantur, quãuis publicatis bonis vsufructuarij, vsufructus publicetur. ibi. n. 64.
- A**nnona non perit etiãsi res ex qua annona præstatur, extinguitur: secus verò invsufructu. ibi. num. 26. & 63.
- A**nnona in iure quid sit. ibi. n. 3.
- A**nnona militaris. ibi. nu. 4.
- A**nnona dicitur tributũ, & quare. num. 5.
- A**nnona civilis, quid sit. 6.
- A**nnonæ civiles quare dicuntur paties civiles. 8.
- A**nnona civilis præstabatur olim in pane cocto. num. 9.
- A**nnonæ civiles dicuntur sportule, num. 12.
- A**nnona in quo differt à tributo. ibi. num. 14.
- A**nnonæ debitor non potest in alia specie diuersa soluere. ibi.
- A**nnonæ debitũ nõ potest cũ alio debito compensari, ibi. 17.
- A**nnonæ debitor, nec ex rescripto Principis potest ab eius præstatione liberari. ibi.
- A**nnonæ civiles quemodò vulgò nuncupari soleant. ibi. nu. 21.
- A**nnona est duplex perpetua, & temporalis. 23.
- A**nnona, & census sæpe confunditur. 24.
- A**nnona civilis propriè pro remuneratione meritorũ, aut laboris in re, aut sine ea absq; alio titulo contractus, gratuito conceditur. ibi.
- A**nnona civilis adhuc debetur etiãsi res pereat ex qua ea præstari solebat. ibi. num. 26.
- A**nnona civilis distinguitur in duobus ab emphyteusi, ibi.
- A**nnona Regia ex bonis coronæ constituta perpetuò iure maioratus defertur. ibi. 28.
- A**nnona in quo differt ab emphyteusi. num. 29.
- A**nnonæ debitor potest alienare rem ex qua debet annonã, si ne licëtia pensionarij. ibi.
- A**nnonaci civilis computatur inter bona immobilia. 34.
- A**nnonarius capit annonam à manu alteri, vsufructuarius vero capit

# INDEX.

capit. fructus sua: propria auctoritate. 59.

Annone emolumenta iam percepta non solum pertinent ad liberos, & hæredes iure sanguinis, sed ad eos qui iure hæreditario succedunt. 7. notab. nu. 1.

Annona perpetua transit ad omnes hæredes etiam extraneos. annona verò Regiæ coronæ iure maioratus defertur, ex Ordinat. reg. Portugal. ibi nu. 3.

Annona gratiosa Regiæ Coronæ quando trãseat ad hæredes extraneos. num. 10.

Annona transmittetur ad quoscunq; heredes, etiam in infinitum, si in concessione annone dicatur, pro te tuisq; heredibus: nec intelligetur de primis hæredibus, sed de omnibus. notab. 8. num. 2.

Annum legatum. vide verb. legatum.

Annone redditus. vide verb. redditus.

Annona etiam si cõcedatur filiofam. à Principe contemplatione patris, adhuc de eius fructibus potest filiusfamil. testari. notab. 9. num. 5.

Annone non imputatur, nec cõferuntur sicut & alia officia, & dignitates ex quibus annui redditus percipiuntur. ibi. nu. 6.

Annona, quas pater ex suis bonis dat ingredienti monasterium, conferuntur. ibi. nu. 7.

Annona quando possit alienari. ibi. notab. nu. 1.

Annona Regiæ Coronæ, ad instar maioratus debet ad legitimũ successorem pertinere, nec potest diuidi, alienari, aut permutari, sine speciali Regis cõsensu. ibid. num. 3.

Annona an possit pignorari. ibi. num. 4. 6. & 7.

Annona non potest confiscari, si cur nec alimẽta, publicatis bonis maioratus. notab. 11. nu. 21.

Annona Regia non potest permutari. ibi. num. 6.

Annona non præscribitur. in rubric. de ann. num. 45.

Pro annona competit interdictionũ recuperandã, & retinendã, quod pro re mobili non datur. ibi. num. 37.

Annuos redditus qui soluere recusat, dicitur spoliũ committere. ibi. num. 36.

Annuos redditus qui possidet, releuabitur ab onere satisfaciendi. ibi. num. 38.

Annone soluendæ onus quando trãseat ad singularẽ successorem, & ad possessorem maioratus. vide verb. onus.

Annone redditus. vide verb. redditus.

Arrogator, succedens filio arrogato non tenetur amplius, quam sit in bonis filij arrogati. ibi. cum oportet. num. 193.

Argumentum de annone Regiæ perpetuæ ad maioratum, valens in rubr. de ann. nu. 28.

Auctor

# INDEX.

Auctor in re propria nemo esse potest in. l. cum oportet. n. 65.

B

Bartoli doctrina in. l. pater filii. §. Tuscianus. de leg. 3. ex peditur. in. 1. notab. de ann. n. 10.

Bartoli opinio in. l. 1. nu. 35. C. de sacrosan. Eccl. defenditur contra Bal. in. 3. notab. n. 4. de ann.

Bartoli doctrina in. l. priuilegia. C. de sacrosan. Eccl. expenditur. in. 3. notab. nu. 6. ibid.

Bart. auctoritas in. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. declaratur. in. l. cum oportet. n. 16.

Bart. doctrina in. l. donationes. §. pater. ff. de donat. nouiter declaratur. ibi. 176.

Bartolus sibi ipsi contrarius tenuit, obligationem nõ oriri inter patrem & filium. ibi. 95.

Belli ministerio datũ cõsetur occasione militiæ acquisitum, ac proinde castrense efficitur. ibi. nu. 143.

Beneficiarius transmittit fructus perceptos ad hæredes, pendentes verò minime. in. 5. notab. num. 1. de annon.

Beneficiarius solet æquiparari fructuario. ibi. nu. 2.

Beneficia conceduntur ratione oneris, & officij. ibi. nu. 3.

Beneficij fructus pendentes diuiduntur inter hæredes mortui, & successorem beneficij. ibi.

Beneficiarius licet de iure cõmuni nõ possit de fructibus beneficij testari, poterit tamen de

ijs quos habet ex remuneratione meritorũ. notab. 10. n. 1. ibi.

Beneficiarius si ultra mediocrem, & consuetã diligentiam, maiorẽ adhibuerit, illud quod pro hac maiori diligentia meretur, arbitrio boni viri licitè ex fructibus beneficij deducere potest, & de eo ad libitum disponere. ibi. num. 4.

Bona castrensia ratione militiæ aliunde acquisita pertinent ad patrem iure hæreditario, quæ vero à patre data sunt, ad eum spectant iure peculij. in. l. cum oportet. num. 82.

Bona ob studiũ à patre filio donata, licet eo in vita patris studiũ nõ cõplẽte castrensia nõ sint, tamen ex priuilegio non conferuntur. ibi. nu. 173.

Bona dicuntur deducto ære alieno. ibi. nu. 156. & 136.

Bona prohibita alienari, nec ex delicto alienari possunt. ibi. n. 90.

Bona castrensia etiã de iure antiquo in plenũ spectabant ad filiumfam. secundum veteres interpretes. ibi. nu. 154.

Bona à patre ob studiũ filio scholari donata, tunc demum fiunt quasi castrensia, cum apta sunt ad studium. ibi. num. 172.

Bona ad quorũ titulũ fuit filiusfamil. factus clericus, pertinent ad peculiũ quasi castrense. ibi. num. 165.

Bonorũ castrensiũ administratio sola filij est ex cõstitutionibus

Dd Impe-

# INDEX.

- Imperatorum**, proprietates verò patris, cōtra doctores antiquos. num. 146. ibi.
- C**
- Capitatio** in iure quid sit. in rubr. de annon. num. 3.
- Carolus**, Philippi Hispaniarū Regis fili⁹ si viueret, succederet solus in regno Portugalię, excluso patre. in. l. cū oportet. num. 38.
- Castrense** efficitur, quod à fratre comilitone, vel ab amico filio obuenerit. ibi. nu. 142.
- Castrensia** quę pater filio dedit non cōferuntur ex priuilegio, alia verò occasione militię acquisita de iure cōmuni præcipua sunt ipsius filij. ib. n. 153.
- Castrensia** in Regno Castellę indistincte non conferuntur, in Regno vero Portugalię aliquādo conferuntur. ibidem.
- Castrensia** quę à patre fuere profecta, ad patrē spectant iure peculiij, quę verò aliunde fuere occasione militię quę sita, iure hæreditario ad patrē spectant. ibi. 154.
- Castrensia**, aut quasi, vel in honorem filij erogata non sunt cōferenda, vel imputanda. ib. n. 177.
- Castrensia**, aut quasi, cōferuntur si pater cōferenda esse declarauerit, vel pater penes se bona filij habeat. ibidē cum seqq.
- Castrensia** bona. vide verb. bona.
- Castrense** peculium. vide verb. peculium.
- Causa** militię, & studij an æqui-
- paretur. ibi. 170.
- Cedere** in iure quid significat. ibi. num. 119.
- Census**, & annona sæpenumero confunditur. in rubr. de anno. num. 24.
- Census** nō ex alia causa excusatur ab usurarum labe, quām ex titulo emptionis, & venditionis. ibi. nu. 26.
- Census** si perit, periculo pensionarij perit. ibidem.
- Censuarius** si alienet, irrequisita persona, cui præstatur census, nō cadet in cōmissum. ibi. n. 29.
- Census** in quo distinguatur ab emphyteusi, & in quo cognoscatur esse hunc, vel illum cōtractum. ibi. nu. 30.
- Censio** erat modus transferendi dominium, & quomodo fiebat. in. l. cum oportet. nu. 119.
- Cessante** causa priuilegij, cessat priuilegium. ibi. 110.
- Ciues**. hoc verbū refertur ad ciuitatem secundū veteres. in tit. de annon. r. notab. nu. 8.
- Ciuitas** representatur per ciues, per milites verò, seu per doctores non representatur schola, sicut nec per canonicos ipsa ecclesia. ibi. nu. 7.
- Clerici** bona intuitu ecclesię quę sita administrare, & peculij nomine tantumodò possidere dicuntur, atq; ideo de eis testari non posse iura statuunt. in. l. cum oportet. nu. 5.
- Clericus** dicitur militare. in cō-

# INDEX.

- lesti militia. ibi. numer. 162.
- Clericus** in bonis sibi quę sitis plenū ius disponendi habet. ibi.
- Clericus** primæ tonsurę utrū habeat idem priuilegiū. ib. 166.
- Clericus** facit fructus suos ratione tituli, propter quem beneficium habet. in tit. de annon. 5. notab. nu. 4.
- Collatio**, aut expensarum imputatio à filio scholari, ita fieri debet, vt ea quę filius in domo patris erat consumpturus, non computentur in legitimam. in. l. cum oportet. numer. 177.
- Cōmoditas** fructuum respicit personā illius qui habet ipsum ius principale. ibi. nu. 110.
- Cōmoditas** fructuum lato modo solet appellari vsusfructus. ibi. num. 111.
- Cōmoditas** fructuum perijt vsu-capta proprietate. ib. 113.
- Cōmoditas** fructuum ad patrem spectat in vsufructu filio quę sito. ibi. 115.
- Cōmoditas** fructuum est penes patrem in aduentitijs, non autem in vsufructu. ibi. 120.
- Comitibus** magistratus, eo mortuo, totum salariū debetur statim non spectata temporis dilatione. in tit. de annon. 4. notab. num. 9.
- Cōmendatarij** transmittunt fructus ipsius Cōmendę perceptos ad hæredes, non verò pendentes contra Molinam, &
- alios. ibi. numer. 12.
- Concessionis** Principum gratiæ non transeunt ad hæredes extraneos, etiam si in eis mentio hæredum fiat. ibi. num. 4. notab. 7.
- Coniuncti** si sint duo in concessionis annonę, eorum altero decedente, res integra pro in diuiso, pertinebit ad alterum non ad fiscum. ibi. notab. 12. num. 1.
- Contemplatione** patris relictum non profectitium, sed aduentitium dicitur. in. l. cum oportet. num. 7.
- Conferre** tenetur filius emphyteusim hæreditariam, non verò emphyteusim nominationis antiquę. ibi. nu. 99. & 101.
- Conferuntur** acquisita inter viuos. ib. nu. 66.
- Conferre** non tenetur filius fratribus suis emphyteusim nominationis antiquę. ibi. nu. 99.
- Cōnfiscari** potest proprietates, etiā si alius in ea habeat vsusfructum. ibi. nu. 86.
- Cōnfiscari** non potest proprietates, quę sine alterius consensu alienari non potest. ibi. 86.
- Cōnfiscari** non potest res, quę prohibita est alienari in fauorem tertij. ibi. 87.
- Cōnfiscari** bona aduentitia, delinquente filio, contra communē defenditur. ibi. 89.
- Cōnfiscari** non possunt bona ex



# INDEX.

delicto quæ realiter sunt prohibita alienari: secus si persona liter quis prohibeatur ea alienare. *ibi. num. 90.*  
**C**onsiliarij Regis etiam si sint filijfam. liberantur à patria potestate. *ibi. 37.*  
**C**onsumpta nō conferuntur, nec in legitimā imputantur. *ib. 175.*  
**C**ōtractum ex parte vnius claudicare nō est inconueniens, quoties ille ex suo consensu nō potest obligari. *ib. 96.*  
**C**ontractū esse vtrinq; obligatorium, quomodo intelligatur. *97.*  
**C**onuerti potest tacite vna obligatio in aliam:  
**D**

**D**amnatus in metallū seu deportatus, capax est alimentorum, ideoq; per eius deportationē ius quod habet ad alimenta nō extinguitur, nec ad fiscū publicatis eius bonis, deuoluitur. *rubr. de annō. n. 64.*  
**D**atū à Principe filiofam. in plenū etiā ad eū spectat, ratione vsus fructus. *in. l. cum oportet. 184.*  
**D**ebitor annonæ nō potest in alia specie diuersa soluere. *in tit. de annon. nu. 14.*  
**D**ebitor annonæ nec ex rescripto Principis potest ab eius præstatione liberari. *ibi. nu. 17.*  
**D**ebitor certæ quātitatis annonæ in fructibus talis prædij, nō potest deducere expēsas. *ib. n. 19.*  
**D**ebitor annonæ potest alienare rem ex qua debet annonam si

ne licētia pensionarij. *ib. n. 29.*  
**D**ilatatio frustra expectatur, cuius nullus est effectus, & quomodo intelligatur. *in tit. de annon. 4. notab. nu. 9. & 12.*  
**D**iuisio nō potest locum habere nisi contracta societate. *in. l. cū oportet. num. 20.*  
**D**ifferētia, an succedat pater iure peculij, an iure hæreditario. *remissiuè. ibi. num. 83. & 155.*  
**D**ifferentia inter vsufructū, & fructuū cōmodatē. *ibi. n. 110.*  
**D**iferētia inter omittere, & amittere. *ibi. 31.*  
**D**ifferentia inter acquisita contemplatione patris, & quæ sita contemplatione mariti. *ibi. 10.*  
**D**ifferētia inter successione iure sanguinis, & successione hereditaria, *in tit. de ann. notab. 7.*  
**D**ignitates oēs, quibus quis liberatur à patria potestate, sunt in ipso Principe, à quo tanquā à fonte, vel à capite solēt, vt in membra dimanare. *in. l. cum oportet. num. 38.*  
**D**ignitates ex quibus annui redditus percipiebantur, pertinet ad peculium quasi castrensē. *ibi. num. vlt.*  
**D**octori conducto ad legendū an salariū integrum debeatur, si medio tēpore moriatur. *in tit. de annon. 4. notab. num. 13.*  
**D**ominium fructuū rei legatæ transfertur in legatarium absq; traditione. *ibi. 5. notab. nu. 18.*  
**D**ominium non potest esse in pēdenti.

# INDEX.

denti. *ibi. in. 5. notab. num. 23.*  
**D**ominus bene prohibetur alienare ex iusta causa. *in. l. cū oportet. num. 122.*  
**D**ominium consideratur etiā in vsufructu. *ibi. num. 116.*  
**D**ominium meliorationis irreuocabilis non trālit in filiū ante mortem patris. *ibi. num. 5.*  
**D**ominium dotis transit in virū. *ibi. 50.*  
**D**ominium non transfertur ex contractu reprobato. *ibi. 29.*  
**D**ominium rei à patre donatæ nō transit in filium. *ibi. 18.*  
**D**onatio vxori vel filio facta, confiscatur, quando bona donatoris ipso iure confiscantur, secus verò quando requiritur sententia condemnatoria. *ibi. n. 47.*  
**D**onatio vel melioratio facta per patrē, eius deportatione nō reuocatur, nec publicatur, imò confirmatur. *ib. nu. 149. & 46.*  
**D**onatio per patrē filio facta, nō publicatur publicatis bonis paternis. *ibi. nu. 46.*  
**D**onatio vxori facta, publicatur delinquentē marito, & eius bonis publicatis. *ibi. 47.*  
**D**onatio vxori facta à consanguineis mariti valet. *ibi. 11.*  
**D**onatio à Principe, licet contemplatione patris, & propter eius seruitiū facta, filio in totū acquiratur. *ibi. nu. 188.*  
**D**onatio ob causā studij facta, reuocata valet invita patris. *ib. n. 174.*  
**D**onatio ob causam studij facta,

licet in vita patris non valeat (quod est verū) tamen ex principali priuilegio conferri non debet. *ibi. nu. 174.*  
**D**onatio facta à Principe filiofamil. cum onere perpetuo fidei commissi, in quocunq; possessore habet priuilegiū quasi castrensibus peculij. *ibi. 184. & 188.*  
**D**onatio non imputatur nisi quando expressum est, quod imputetur. *ibi. 69.*  
**D**onatio ob causam verè, & propriè non est donatio. *ibi. 71.*  
**D**onatio patris in filiū iuramento firmata, valet, & obseruat. *ib. 58.*  
**D**onatio patris in filiū facta cū libera administratione, nō confiscatur propter eius delictum. *nu. 59. ibi.*  
**D**onatio simplex an conferatur. *ibi. 61. cum sequent.*  
**D**onatio simplex morte patris at tēta iuris antiqui dispositione non confirmabatur, nisi pater perseuerasset in eadē voluntate. *62. & 65. hodie vero de iure Codicis indistinctè confirmatur. ibi. num. 66.*  
**D**onatio facta filiofam. militi à patre ex causa castrensē, licet sit irrevocabilis, tamen si is filius moriatur in testatus, quāuis liberos relinquat, reuertitur iure peculij. *ibi. num. 56.*  
**D**onationis confirmatio retrotrahitur ad tempus donationis. *ibi. 66. 67.*  
**D**onata vxori ab amicis, vel con

# INDEX.

anguineis mariti, ad maritum non spectant, sed ad uxorem, contra Palat. Rub. & alios. ibi. num. 9.

Donatio est inutilis facta ciuitati. in tit. de ann. notab. i. n. 5.

Donatio à Principe facta, omnes effectus peculij castrensis consequitur, non solum c. avsum fructum patri non querendū, & collationem cuitadā, sed ut de ea possit ad libitum testari filius, vel filia in potestate patris constituti. ibi. notab. 9. n. 4.

Dos aduenticia olim communis erat inter patrem, & filiam. in l. cum oportet. nu. 75.

Dos interim constante matrimonio penes maritū existit. ibi. 76.

Dos profectitia quare dicatur reuerti iure singulari, cum cetera profectitia occupentur à patre iure peculij. ibi. 50.

Dotis aduentitiæ vsusfructus ad patrem non spectat. ibi. 74.

Dotalia non transeunt in filiam dotatā, sed in maritum. ibi. 50.

Dotalis rei alienatio. vide verb. alienatio.

## E

Ea quæ possunt alienari, possunt etiam in extraneos hæredes transferri. in tit. de ann. 7. notab. num. 2.

Ea quæ dantur in præmium, & remunerationem laboris, censentur per industriā quæsitæ, etiam si dentur pro opera ad quam tenebatur ratione bene-

ficij, ut potè pro anniuersarijs dicendis à parrocho ecclesiæ. ibi. notab. 9. nu. 3.

Ecclesiæ res ex iusta causa, & interueniente solemnitate à iure requisita, possunt dari in emphyteusim, & annonam, etiam in extraneos hæredes. ibi. 6. notab. nu. 7.

Ecclesiæ res. vide verb. res.

Emolumenta annonæ iā percepta non solum pertinent ad liberos, & hæredes iure sanguinis, sed ad eos qui iure hæreditario succedunt. ibi. 7. notab. num. 1.

Emptor rei dotalis potest rem retinere, donec pretium ei soluitur, & idè est in emptio rei restitutioni subiecta. ibi. notab. ii. num. 17.

Emptio, & venditio inter patrè, & filiū esse nequit. in l. cū oportet. num. 93.

Emanipati non conferunt aduentitia. ibi. 98.

Emphyteusim nominationis antiquæ, non tenetur filius nominatus à patre conferre fratribus suis, nec imputare. ibi. 99.

Emphyteusim vero hæreditariā confert, si in ea fuerit à patre nominatus in vita. ibi. 101.

Emphyteusim nominationis ab ipso patre acceptam tenetur filius nominatus conferre, vel imputare. ibi. 102. sed cōtrariū est verius. 103.

Emphyteuta nō potest alienare, sine

# INDEX.

## F

FACultas colligēdi fructus, per patrè filio remissa morte cōfirmatur. in l. cū oportet. nu. 34.

Famulus si moriatur, aut infirmus sit medio tempore, an salariū integrum debeat. in tit. de ann. 4. notab. nu. 14.

Fœmina potest habere peculij quasi castrense. in l. cum oportet. num. 186.

Feudum datur pro personæ obsequio præstando, annona vero pro seruitio præterito, licet de vno ad alterum possit licite argumentari. rub. de ann. n. 28.

Feudum, & annona Regia gratuita, quæ est successiua, ad descendentes tantum masculos pertinet, nō vero ad fœminas. ibid.

Fictio breuis manus nō potest cōsiderari in donatione uxori facta ab amicis mariti, sine eius iussu, & volūtate. in l. cū oportet. nu. 11.

Fictio breuis manus non datur sine voluntate eius, cuius nomine fit prima acquisitio. ibid.

Filia quo sensu dicatur capax dotis. ibi. nu. 76.

Filiosam, datum, vel relictum in dubio, eius cōtēplatione cēsetur relictū. ibi. n. 114. & 17. inf.

Filiosam, datum aliquid ex sententia, vel transactione, aduentitium est. ibi. nu. 78.

Filio religionē ingresso, vsusfructus remanet penes patrè. ibi. num. 129.

Filio

sine licentia domini directi, ut si pro tāto pretio velit rem recipere: & si nolit, quinquagesimam partem laudemix nomine ei soluat. rubr. de anno. num. 29.

Emphyteuta transmittit fructus, emphyteusis ad hæredes, si sint percepti. in 5. notab. nu. 13.

Emphyteusis ecclesiastica non transit ad hæredes extraneos. ibi. in 6. notab. nu. 6.

Emphyteusis habet pater vsusfructum. in l. cum oportet. num. 106.

Erogata in honorem filij, putā in doctoratu, quādo sint conferenda. ibi. num. 177.

Executio potest fieri in aduentitijs pro debitis filij, si pater cōsentiat, & quomodo dicatur consentire. ibi. 135.

Executio non potest fieri in aduentitijs pro debitis filij, nisi pater consentiat. ibi. 136.

Executio non potest fieri in peculio profectitio filij, pro debitis patris. ibi. 44.

Exceptio præscriptionis nō potest obijci creditori recipienti solutionē annonę in maiore valore, quā fuit tempore contractus. in rub. de ann. nu. 46.

Ex qualitate dispositionis colligitur mens, & voluntas disponentis. ibi. nu. 54.

